Anno domini 1505 consummatum

Felici hoc tempore Reipublice Craccovie hy senatores presidebant quibus et tempus electionis ad Consulatum annotatum est

	Eligitur anno
Johannes Kletner	1474
Seffridus bethman	1478
Johannes Reyculis arcium et medicine doctor	1482
Adam Swarcz	1488
Johannes kyzinger	1490
Johannes boner	1498
Petrus mornstein	1501
Mathias Felix	1503

Przywileie, albo Nadania i Ustawy tej

Księga

Sztuk i Rzemiosł

z przemową Baltazara Bema

pisarza mieyskiego

1505.

Infrascripti vero Consules erant Seniores ordine annotato electi

Johannes Thurzo 1477
Johannes borgk 1479
Petrus Salomon 1479
Georgius Langk 1480
Johannes beck 1483
Leonardus vngsthun 1489
Fredricus Schillingk 1490
Caspar Beck Eligitur anno 1496
Franciscus bannek 1498
Anthonius brendler 1499
Nicolaus karl 1499
Thomas keyzer 1501
Nicolaus Ramolth 1501
Paulus koffman 1503
Georgius Thurzo 1503

Ad Magnificos Urbis Cracoviensis Senatores Balthazaris Behem eius Civitatis Cancellarii in libri presentis Exordium Epistola

Apud veteres Magnifici Consultores hii qui aliis preesse
recto regimine debuerant ea lege instituebantur ut omni equi-
tate servata subditos gubernarent unicuique quod suum esset
tribuentes. Nec tamen omnino iustus censendus est qui noceat
nemini. Id enim tum aliis etiam immanitibus nobis commune est
sed qui prosit cum potest vel propulset iniuriam. Hinc ille
divinus plato binas haec in republice rectoribus summe esse
oportuna censuit. Unum ut utilitatem Civium sic tueantur
ut quicquid agant ad eam referant obliti comodorum suorum.
Alterum ut reipublice totum corpus curent ne dum partem
aliquam tueantur reliquas deserant. Sicut enim tutela sic
et procuratio Reipublice ad eorum utilitatem qui commissi sunt
et non quibus commissa est gerenda est. Qui vero partem
Civium consulunt partem negligunt rem perniciosissimam
sedicionem atque discordiam in Civitatem inducunt. Sit tandem
ut alii populares alii studiosi optimi cuiusque videantur
pauci universorum. Comitatur et demum Consilii partialitas
Civium inopie paucitates dissensiones et velle votum cuiusque
suum ruinosa edificia domus deserte et finale omnium exicium
et pernicies. At vero Senatores equissimi tanta in vestris
magnificis illis antecessoribus et vobis habundat virtutum
copia tanta in omnes equa benivolencia et innata pietas
ut a primeva felicissime urbis huius Institucione illi

Germanie proceres et ceterarum exterarum nacionum nobiliores ad
eos tamquam ad lumen solis confluerent et tantam humanissimam
equitatem sublimem ve prudenciam experti relictis proprijs
penatibus ac natiuis delicijs se varijs et mari et terra periculis
exponentes hic feliciter locauere et demum exili sumptu victum
per extera regna querentes non minus loci huius fortuna
quam ingenio industria qz aduiti et cumulatas diuitias et
omnium rerum copiam liberis relinquentes inmortale nomen sibi
apud posteros adduxere Cogit me denique Senatores ma
gnifici vestram prudenciam que ars vite est non preterire silencio
quod Rempublicam vestram ita manutenetis vt ipsa iam multos annos
adeo callenter dirigatur adeo sapienter moderatur vt nullius
vicine vrbis status sit fortunatior vt vobis gubernantibus
male vehi nequeamus nulla procella nullus turbo sit
Cracouiensi Ciuitati pertimescendus Tantus insuper honor
et excellens gloria maiestatis vobis accreuit vt ne dum in
dirigendis ciuilibus negocijs Verum in summa tocius Regni
necessitate in extremis ambiguis qz causis ad vos tamquam
ad archanum prudencie fontem recurritur Ex vobis editum
omne quasi ex ipso iuris erario omnium vnanimi assensu spectatur
Ita vt iam omnium Consilium salus protectio et auxilium ex
vobis dependeat et nedum reipublice vestre consulere sed toti
huic regno sublimium prudencia et Consularis loci dignitate
videamini Quinymo non minus laudanda censetur vestra
et predecessorum vestrorum districta solercia qua hanc venustissimam
vrbem tot et tantis priuilegijs prerogatiuis emunitatibus
Juribus libertatibus ac singulorum mechanicorum ordinatissimis
sanctionibus et statutis dotastis vt ne quid minimum quidem
in his pretermissum aut minus debite expeditum inueniatur

Nunc assumendi in conciues vestros ea ipa iura et singulas
sanctiones se se iureiurando seruaturos et iuste queque manutenere
pollicentur et merito cum ex eisdem urbis et potior condicio et
tutela eorum dependeat. Et tum hec singula in thezauro vestro
digne et diligentissime seruantur obserata tum propter perdendi
periculum tum ne tanta vetusta sigillorum maiestas crebris con-
trectacionibus ledatur. Ut vero singula acutissimis paterent in-
geniis et multa quam sepissime reipublice providentes commoda
non minus ut his que a forensibus ceteris vicinis et ceteris emulis
reipublice aduersa facilius obuiare et rem vestram firmius tutari
et defendere possitis. Ergo natiuo solo compassus etsi arduis et
magnis quottidianis officii curis iam pene defessus non lucri
aut questus spe ductus. Sed nominis glorie consulere inmortalitatem
per hoc insigni opere ad posteros perferre et simpliciorem apud
vos viri sagacissimi fauorem et graciam conducere cupiens.
Ea omnia in unum hoc opus accurata diligencia congessi queque
oportuna distincte consignans ut facile quisque ex litterario
indicio quidquid libuerit poterit deprehendere. Hunc itaque codicem
viri magnificentissimi vobis dicatum oro grate suscipite et
interdum a priuatis occupacionibus feriati tuemini de republica
vestra consultum legite me quoque omni obsequio habete commendatum.
Ex ede pretorii Cracouien. vigesima tercia decembris.

Anno domini millesimo
quingentesimo Quinto

Privilegium locationis Civitatis Cracovie per Boleslaum ducem Cracovie et Sandomirie advocatis et civibus Cracovien. eo Iure theutonico quo Wratislavien. civitas locata est datum

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI AMEN Res favorabiles instrumentis et testibus fama et facti evidentia vallari condecet et muniri ne oblivionis nubilo seu calumpnia valeant obfuscari Cum igitur congregacio hominum que naturalis est et dicitur iuris Iusticiam fecerit sicut Iusticia ipsa omnibus est favorabilis et ipsa congregacio pariter Intendentes ergo locare Civitatem in Cracovia et homines inibi de diversis climatibus congregare Inculcamus auribus singulorum tam presencium quam futurorum Quod nos Boleslaus dei gracia dux Cracovie et Sandomirie una cum Illustri matre nostra Grzimislawa Et Generosa nostra coniuge Kunegundi eo Iure eam locamus quo et Wratislavien. Civitas est locata ut non quod ibi sit sed quod ad Maydburgen. Civitatis viam et formam fieri debeat advertatur ut si quando de hoc dubitatum fuerit ad Ius scriptum et dubium ibi recurratur In primis igitur hoc firmiter observari volumus Advocatis nostris Gedwigk dicto Stilwirt Jacobo quondam Iudici de Nyza [illegible]

Privilegium locacionis Cracovie

Dethmaro dicto Wolk In nostra presentia per-
sonaliter astantibus inviolabiliter promittimus
observandum quod omnes cives in ipsa Civitate ha-
bitantes infra sex annorum spacium nullum censum vel
aliquam exactionem nobis dare vel facere debeant
de personis vel locis eius vel eidem Civitati per-
tinentibus nisi de cameris ubi panni vendentur
et de cameribus institorum que kramy vulgariter dicuntur
ex quibus postquam eas nostris sumptibus et laboribus
locaverimus et edificaverimus quia et hoc eis promi-
simus quinque partes census ad nos devenient eandem
Advocati vero predicti Sextam partem hereditarie
percipient in eisdem hoc tamen non ex Jure sed ex
gracia nostra speciali Postquam vero transacti fuerint
sex anni predicti de qualibet area tenebuntur nobis
solvere dimidium lotum ponderis theutonici argenti tunc
cum solvendum fuerit usualis De Carnificum tamen
pistorum et alcipariorum stacionibus Jus et potestatem
liberam dictis conferimus advocatis sibi retinendi vel
aliis pro ipsorum libitu perpetualiter conferendi Ita
quod possessores dictarum stacionum ab omni censu sint
perpetualiter absoluti Advocati vero in dicta Civitate
finita libertate Sextam Curiam de omnibus perpetualiter
possidebunt et libere non quod hoc ex Jure sed ex nostra
possideant gracia speciali Similiter curiam aliam extra
Civitatem ubi pecora mactabuntur libere et Jure heredi-
tario possidebunt Concedimus eciam et promittimus

Privilegium locacionis Cracovie

inviolabiliter observari. Quod Advocati supra
dicti libere et absque omni solucione exactione et the
loneo nostro specialiter et merces suas deuehent
et transibunt per vniuersum nostrum dominium et du
catum. Alii vero inhabitatores eiusdem ciuitatis per
decem annos de eadem gaudeant libertate. Promittimus
eciam eisdem aduocatis et ciuibus vniuersis quod nullum
eis preficiemus aduocatum nec specialem nec generalem
sed cum aliquod negocium emerserit quod maioris inquisi
cione indigeat vel intererimus vel aliquem de nostro
latere ~~[illegible]~~ pro eodem tantummodo finiendo negocio
transmittemus. Volumus eciam et Concedimus Ciuitati
iamdicte vt pro aratura et pascuis et aliis vsibus ha
beant Jure hereditario villam que communiter Ribitwy
appellatur cum omnibus eiusdem ville pertinencijs Ex
ceptis dumtaxat lacubus. Item cum toto territorio
quod est inter Ciuitatem et fluuium Prondnick per girum
a villa supradicta Ribithwy vsque ad villam nomine
Krowodrza Ita quod et ipsa villa Krowodrza cum suis per
tinencijs includatur. Saluo tamen Jure Episcopali tam
in terris et molendinis quam fluuio supradicto. In
eodem eciam fluuio concedimus aduocatis vel quibus
ipsi commiserint duo iam molendina et tercium quod fuit
statutum olim de Myechowya nec non quartum quod fuit de
Andrzeow monachorum. Et si plura sunt in eodem fluuio
molendina aliorum sine tamen illorum nocumento et preiu
dicio edificare poterint eam eis Jure hereditario concedimus
facultatem. Ita quod de qualibet rota tam preteritorum quam
futurorum molendinorum fertonem vsualis tunc argenti
nobis annuatim tunc persoluere teneantur. Item

Privilegium locacionis Cracovie

Eciam Wisle fluvius cum rippa utraque a terminis
Swierzinicie usque ad terminum claustri de mogila civitati
conferimus Ita quod in eo quilibet piscari valeat
libere Et sepedicti advocati tria molendina construere
libere et ab omni solucione iure quoque hereditario possidere
Excepto eo duntaxat quod annonam pro nostris ex-
pensis in eadem Civitate vel prope ipsam preseruatam
ad tria nostra consumandam molere tenebuntur ¶
Applicamus eciam in perpetuum usibus eiusdem Civitatis
omnibus Silvam totam que est in superiori parte Wisle
que Chwaczinyecz vulgariter appellatur Conferimus
dictis advocatis triginta mansos franconicos liberos ab
omni solucione et servicio et omni iure ducali et absque omni
censu iure hereditario possidendos ¶ Et quia iuris est ut
actor forum rei sequi debeat ordinamus ut cum aliquem Civem
dicte Civitatis querulari contigerit de polono Cracovien-
diocesis Ius suum coram poloni Iudice prosequatur e converso
si polonus Civem in causam traxerit et hanc advocati
exequantur sentenciam et terminant questionem ¶ Iter
nobis iidem Advocati promiserunt quod nullum ascrip-
ticium nostrum vel ecclesie seu cuiuscumque alterius vel eciam
polonum liberum qui in iure hactenus habitavit faciant
suum concivem ne hac occasione nostra vel episcopalia aut
Canonicorum vel aliorum predia ruralia desolentur ¶ Iter
eciam eisdem advocatis et omnibus habitatoribus civitatis
eiusdem presentibus et futuris et eorum heredibus in perpetuum
Concedimus eciam per eorum specialem libertatem ut nullus
eorum vadat vel mittat ad impugnandum aliquem vel ad
resistendum alicui extra ducatum Cracovie secundum terminos
eiusdem ducatus quos nunc possidemus vel quandoque possidebimus

Privilegium locationis Cracovie

Dante deo Volumus eciam et hanc insertam condicionem
ipsi Ciuitati declaramus vt monetarij quicunque fuerint
domino Episcopo Prandote Cracouien et eius successoribus
perpetuo nomine Cracouien Ecclesie sine omni difficultate
eciam nobis irrequisitis persoluant integraliter ac sine
diminucione decimam de moneta vt si quis hanc solu-
cionem impedierit vel retardauerit possit eum Episcopus
ecclesiastica censura cohercere secundum terminos nostre prius
nobis vel nostris successoribus soluendarum hec omnia et sin-
gula promisimus gessimus et donamus Aduocatis et eorum he-
redibus in perpetuum Item Ciuibus Ciuitati et eorum successo-
ribus a nobis et nostris succedaneis in perpetuum inviolabiliter
obseruanda Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre
gessionis donacionis et promissionis paginam infringere vel
ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare pre-
sumpserit indignacionem dei omnipotentis et beatorum martirum Sta-
nislai et Wenceslai et nostram se nouerit incursurum Vt autem hec
omnia nomine perpetuum obtineant presentibus nostrum sigillum et Venerabilis
patris nostri iamdicti prandothe dei gracia Crac Episcopi et capituli
eiusdem ecclesie necnon quorundam baronum Comitis Ade castellani Cracouien
Comitis Nicolai palatini Cracouien duximus appendenda Acta
sunt hec in colloquio iuxta villam que Kopczina vulgariter ap-
pellatur Anno Incarnacionis domini Millesimo ducentesimo quinqua-
gesimo septimo Nonas Junij presentibus Venerabili in Christo patre predicto
patre Episcopo Crac et prefato comite Adam castellano Crac fulcone
Cancellario nostro dicto comite Nicolao palatino Cracouien
Comite Johanne Judice Sandomirien Comite Nicolao Judice
Cracouien Comite Warzone dapifero Sandomirien Lasseta
preposito Skarbimirien Twardoslao Subcancellario curie
nostre Data huius etc Anno domini 1257

Folium 1

Privilegium Lestkonis ducis Cracovie Sandomirie et Siradie In quo Civibus Cracovien propter insignem per eos contra Thartharos pro tunc terras prenotatas vastan obtentam victoriam ab omni genere Theoloneorum liberam cum mercibus eorum dat transeundi facultatem Et propter rem strenue gestam huc post privilegium locacionis In laudem Urbis censui annotandum

Notum sit Universis presentibus et futuris presentes paginam inspecturis Quod Nos Lestko dei gracia Dux Cracovien Sandomirien et Siradien qui ex dignitate principatus singulorum merita diligenti consideracione debemus intueri Volentes cuilibet pro meriti qualitate gracie quantitatem in retribucionem condignam obsequiorum que nobis et terris nostris Cives nostri Cracovien pugnando contra seuissimam gentem thartharorum et victoria in eisdem obtinendo laudabiliter ostenderunt Cum generosam principum magnificenciam

Tales decet sui liberalitatis beneficiis prosequi qui in
necessitatis articulo suum comodare reperiuntur obsequium
fidele ipsis omnibus universaliter de consilio assensu et unanimi
voluntate nostrorum fidelium baronum non paucorum concedimus
et admittimus per domina nostra supradicta videlicet Cracovien.
Sandomirien et Siradien quocunque ire maluerint cum mercibus
qualibuscunque Cum curribus peditibus et equitantibus in do
minijs supradictis vel confinia exeuntibus eorundem absque
omni genere solucionis theolonei quocunque vocabulo vel no
mine censeatur transeundi liberam et omnimodam facultatem
Mandantes et volentes sub obtentu gracie nostre ut huius
donacionis et libertatis nullus presumat esse violator vel
contemptor. Quod ut ratum et firmum habeatur ab omnibus
presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari

Actum In Cracovia Anno domini millesimo
ducentesimo Octuagesimo Octavo

1288

Privilegium ducis Wladislai super theolonio In antiqua Sondecz et est primum in signatura et numero privilegiorum

In nomine domini Amen Nos Wladislaus dei gracia
dux Cracovie et Sandomirie ad noticiam tam presencium
quam futurorum per presentes volumus devenire Quod dum
inter Cives nostros Cracovienses ex parte una et Sorores
ordinis sancte Clare de domo Sandecensi ex parte altera
super solucione theolonei dacy pedagy et passagy questio
verteretur eo quod eedem Sorores in dictis theoloneis plus
iusto et illicite de mercacionibus et negociacionibus ipsorum
pannis plumbi et alys transitu versus Hungariam et alias
partes facientes exhibeant ¶ Nos auditis predictorum
nostrorum civium querimonys et gravaminibus dictas causas
fidelibus nostris Wirzbenthe Cracoviensi et Al. Sandecensi castellanis
et alys viris probis et honestis commisimus parti utrique
qui partibus ad iudicium et ad suam presenciam pluries cito-
tatis legittime et rite terminis dilatorys peremptorys fina-
libus partibus coram se assignatis Tandem in decisorio fi-
nali termino Civibus Cracoviensibus sufficienter comparentibus
et ius suum sufficienter ostendentibus et probantibus parte
adversa insufficienter apparente subterfugia petente dicti
Iudices nomine domini invocato In dicto termino decisorio
secundum consuetudinem terre que pro Iure servatur diffi-
nitive et sentencialiter publice pronunciaverunt quod nomine
theolonei de stamine cuiuslibet generis quarta monete
currentis et de centenario plumbi tantumdem et de man-
tica tres lotti solvi debent secundum consuetudinem antiquam

a

b

In reditu vero de Cupro. vino. Cera. Heruina. equis. pecoribus.
pecudibus porcis sive aliis mercimoniis quibuscumque nullum
theoloneum solvendo perpetuum silencium dictis sororibus imponens
In cuius Rei testimonium et evidenciam pleniorem presentes scribi
mandavimus nostri Sigilli appensione roboratas Presentibus
fidelibus nostris Spicigneo Castellano de Rospra Pezzethone
Thezaurario Thomeslao venatore Floriano Dubagazone
Cracovien Navogio Sandomirien Floriano Cracoviensis
Succamerariis et aliis pluribus fide dignis ¶ Actum apud Crac
Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo ¶ decimo
octavo Kalendas Januarii Dat per manus Pescai Subcancellarii
Curie nostre et Prepositi Sancti Floriani

Privilegium ducis Wladislai super pontem per fluvium Visle Inter Kazimiriam et Cracoviam construendum et est Secundum In numero Privilegiorum

Noverint Universi ad quos devenerit presens Scriptum Quod
nos wladislaus dei gracia Regni Polonie Crac Sandomirie
Siradie Lancicie et Cuiavie dux Considerantes animo
compassivo difficilem et gravem transitum multorum pauperum
hominum transeuncium per aquam Visle prope castrum nostrum
Crac et ut dictus transitus periculosus per nos valeat
amoveri dilectis fidelibus nostris Civibus Civitatis nostre
Cracovien gratuite conferimus damus perpetuo et donamus
Navigium nostrum ibidem per aquam Visle libere pacifice et
quiete possidendum tenendum et possidendum habendum Ita tamen
quod de proventibus dicti navigii pontem trans prefatum flumen

Vyslam construere debeant et parare et semper quando necesse fuerit in omnibus statutis emendare. Pretea dictum naugium predictis Ciuibus nostris taliter contulim et dedimus quod nulli militu nostroru nec palatis nec castellanis nec Canonicis nec plebanis umqz aliquid de ipis soluere debeant siue date. In Cuius donacois nre euidenciam et robur valitur pntes ipis contulim nri sigilli appensione roboratas Dat et act Cracouie tpe consiliariorum Ciuitatis nostre Henrico de wonzbgk Petro maurici Wilhelmo Nicolao de zawichost Wigando et Amyleyo de muchow Anno dni millesimo trecentesimo quindecimo Sabbto proximo an domicaz factus est dominus

Priuilegiu Boleslai ducis Mazouie super libertate eundi et redeundi per Mazouiam Ciuibus Cracouien Sandomirien et vngarie per terram et aquam euntibus concessu et est tercium in annotacone priuilegiorum

Boleslaus dei gra dux Mazouie et dns Cuensis vniuersis Ciuitatibus Cracouien Sandomirien et ceteris Ciuitatibus terre Cracouien et vngarie salute et graciam suam Nouerint vniuersi hac per pntes quod omnibus in predictis Ciuitatibus mercatoribus commorantibus suas merces per nostram terram ducere volentibus in eundo et redeundo donamus per aqua et per terra ita vt soluto iusto theolonco libere transeant cu suis mercimonijs predictam eciam securitatem infringere

Non prius intendimus nisi per nostras literas eisdem civibus
paci et securitati renuntiaverimus. Et ne aliqui ex vobis dubiu
oriatur presentes nostri sigilli munimine iussimus roborari
Datum apud Sochaczow die in kathedra beati Petri apostoli
Anno domini Millesimo trecentesimo decimo

Libertas Theolonei per totam Sandomirien et In noua Ciuitate Ciuibus Cracovie per Thomislaum palatinum Sandomirien propter Iura ipsorum data et concessa et est quartum in ordine

Nouerint Vniuersi presencium notitiam habituri quod
nos Thomislaus Palatinus Sandomirien Recognoscimus
et publice protestamur quod honesti viri Consules et
Ciues Cracouien Ciuitatis In presencia domini nostri Wlad
Regis Polonie magnifici et coram baronibus Priuilegia
ipsorum super Iuribus ac libertatibus theolonei tam in
noua Ciuitate quam eciam in Ciuitate Sandomiriensi
et per totam terram Sandomirien probabiliter ostenderunt
quibus Priuilegiis ac libertatibus de parte nostra deferentes
ipsorum Iuribus in nullo volentes derogare cum ipsis sincere
de predictis Theolonei libertatibus duximus concordandum
et promittimus fide bona perpetua stabilitate spondendo quod
prefati Ciues Cracovie in dicta Noua Ciuitate et in San
domirien et per totam terram Sandomirien a nostris theo
loneis perpetuo esse debent liberi et exempti Mandantes
firmiter omnibus theolonatoriis nostra theolonea ementibus
quod nulla theolonea a sepedictis Ciuibus Cracouien vmquam
presumant extorquere nostri fauoris et gracie sub obtentu

In cuius ordinacionis euidenciam presentes literas ipsis dari mandauimus sigilli nostri appensione roboratas testes sunt dominus Spitkos palatinus et dominus Petrus Canonicus Crac domine Regine capellanus Nicolaus de Zawychost wigadg Wilhelmus Hartmannus de Edel Wilusch pellifex et Johannes Romrici filius Consules Ciuitatis Crac Datum et Actum per manus notarii nostri Jerassii apud Crac Anno domini Millesimo Tricentesimo vicesimo Tercio feria tercia infra octauas ascensionis Domini

Priuilegium Regine Hedwigis super libertatem theolonei Ciuibus Crac per terram Crac et Sandomirien cum mercibus eorum euntibus perpetuo data / Tritum

In Nomine domini Amen Ne vetustas temporis actus humanos insignes pati cogat naufragium obliuionis nubilo aut calumpnia multiplici nouercante assolet per scripti vigorem perhenne sortiri tutamentum que in posterum preteritorum noticiam habeat veritatis testimonium perhibens Nos igitur Hedwigis dei gracia totius Polonie Regina notum facimus vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris quod consideratis et inspectis obsequiis ac fidelibus seruiciis nobis per honorabiles viros Ciues Crac exhibitis ac impensis et adhuc in posterum nostris liberis et legittimis successoribus impendendis vt merita meriorum vicissitudine gaudeant repensari de sano nostrorum baronum consilio ¶ predictis nostris Ciuibus Crac et eorum liberis seu legittimis successoribus per Cracouien et

Sandomirien terras nostras cum eorum mercimoniis
pannis pecoribus seu rebus quibuscumque transeuntibus
damus et concedimus a solucione theolonei quod nos ex parte
nostra contingit in Ciuitatibus dominii nostri videlicet
Sandomirien ac Noua Ciuitate meram plenariam ac
omnimodam libertatem annis singulis perpetuo duraturam
J ¶ Hac condicione adtamen interiecta quod si aliqui ex
memoratis nostris Ciuibus Cracouien uel eorum posteris
pecunias seu res quascumque aliorum extraneorum tamquam
proprias nomine suo in preiudicium nostris theoloneis pre-
notatis secum deducere vel deportare per nostros homines
reperti fuerint pro ut ad eisdem Ciuibus nostris corporali
Juramento idipsum nobis nunquam fieri uel inferri firmiter est
promissum ex tunc nostri prefati ciues Crac illos qui hoc
attemptare presumserint pro huiusmodi excessibus cum eorum
omnibus rebus mobilibus et inmobilibus detentos contra-
rietate qualibet proculabiecta nobis nostris quoque posteris
seu legittimis successoribus assignare teneantur In cuius
rei testimonium posterius quoque ad cautelam presentes eisdem ciuibus
nostris Crac dari mandauimus ac nostri Sigilli munimine
roborari ¶ Act et dat Crac per manus domini petri canonici
Crac Anno domini millesimo Trecentesimo Vicesimo tercio
Idus Junii presentibus nobilibus viris nostris Baronibus Tho-
misslao Sandomirien et Spicimiro Crac terrarum nostrarum
palatinis nec non magistro Francisco Cancellario nostro Et
Canonico Cracouien

Priuilegium ducis ladomirien et domini Russie
super alleuiacionem et asseturacionem Theolonei ibidem ciuibus

Cracovien̄ data et est Sextum In ordine notatum

Andreas dei gra dux Ladimirien et dominus terre Russie discretis viris Consulibus ac vniuersis Ciuibus seu negociatoribus in Ciuitate Crac̄ nec non in territorio predicto comorantibus fauorem et in omnibus complacendi voluntatem Nouerit vestra discrecio qd nos attendentes grauacionem negociatorum terram nostram intrancium ac eciam pro reformacione terre nostre vt vnusquisque eo gratancius cum rebus quibuscumque de cetero terram nostram ingrediatur vsi consilio Baronum ac nobilium nostrorum graciam talem facimus qd in Ciuitate Ladimirien vbi prius tres grossi soluebantur de quolibet animali nunc vero tantummodo vnum grossum statuimus persoluendum Ceterum omnia Iura que tempore patris nostri felicis recordacionis in terra Russie viguerunt volumus omnes hospites seu negociatores vt eo Iure perfruantur Item Si alicui iniuria molestia vel violencia per aliquos nostros officiales ministeriales vel theolonatores illata fuerit in terra nostra pro vno denario sibi iniuste ablato qd ostendere poterit duos refundemus Et hec omnia sub verbo dominacionis nostre per nos et per omnes nostros firmiter promittimus obseruare Dat In Ladimiria In die Ruffi martiris Anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo

Priuilegium Wladislai super libertate Theolonei per totum Regnum polonie omnibus Ciuibus Cracovien datum Et est Septimum in ordine priuilegiorum

Nouerint Uniuersi presencium noticiam habituri Quod
nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie de maturo consilio
Baronum nostrorum Cupientes fideles nostros Ciues Crac
libertate in theoloneis pristina in omnibus terris Regni
nostri gaudere ipsos Ciues et omnes famulos ac homines
eorum vbicunque per terras regni nostri cum quibuscunque
mercibus seu mercimonijs transierint de omnibus theolo
neis absoluimus ex nunc graciose Prohibentes et mandantes
sub obtentu rerum et personarum omnibus et singulis Castellanis
palatinis Judicibus et alijs nobilibus theolonea habentibus
Ac Uniuersis theolonatoribus et theolonea procurantibus
sub pena premissa ne aliquis ex ipsis deinceps aliquod theo
loneum ab ipsis Ciuibus Cracouiensibus famulis aut hominibus
eorum exigere vel recipere presumat In cuius rei testimonium
presentem literam scribi fecimus et sigillo nostro roborari Datum et actum
Cracouie in vigilia Assumpcionis Anno domini Millesimo
Trecentesimo tricesimo primo Presentibus hijs Nobilibus
nostris Spicimiro Castellano Nicolao palatino Stanislao
Judice Cracouiensi Mscziugio palatino Sandomiriensi et alijs
multis fidedignis

1

*Priuilegium ducis Wladislai super deposito rerum
omnium rerum venalium Similiter de piscibus Sale Cupro
et muro inter Castrum et Ciuitatem et est in ordine
Octauum*

Nos Wladislaus dei gracia dux Cracouie Sandomirie Si
radie Lancicie Cuiauie Notum facimus vniuersis presentes
literas inspecturis Quod Ciuitatis nostre Cracouiensis

Utilitatibus et profectibus intendentes damus et
concedimus Ciuibus nostris Cracouien vt deposicionem
omnium mercium et rerum venalium in dicta Ciuitate habeat
pro vt melius et vtilius pro Ciuitatis comodo poterint
dictare ¶ Volumus eciam et promittimus vt omnes
mercatores de quibuscumque regionum partibus cum mercibus
ad dictam venientes Ciuitatem omnia ipsorum mercimonia
siue merces vendere possunt hospitibus extraneis vel aliis
ementibus quibuscumque ¶ Excepto solo Cupro si fuerit
adductum de vngaria vel de Sandecz vel de quibuscumque
aliarum regionum partibus siue locis nulli extraneo nisi Ci-
uibus nostris Crac debet vendi Et dicti mercatores nul-
latenus nisi rebus et mercibus venditis dictam nostram
Ciuitatem Crac audeant pertransire ¶ Ceterum addimus
vt predicti mercatores de vngaria vel Sandecz et de locis
aliis quibuscumque cum cupro et aliis mercibus versus Tho-
run super aquas non audeant nauigare neque in terra de-
ducere nisi prius dictum cuprum et mercimonia Cracouiam
deducta deponant et ibidem Ciuibus nostris vendantur
pro vt superius est expressum ¶ Amplius contractum empcionis
bonorum comitis dobeslai infra muros Ciuitatis quam-
ritte et racionabiliter annis pluribus possiderunt eisdem Ci-
uibus nostris fauorabiliter confirmamus ¶ Insuper omnibus
mercatoribus pisces vel allec Crac adducentibus indulgemus
integraliter quod nullam partem eorum hominum soluere
debeant de eisdem ¶ Item admittimus et concedimus vt
quicumque Ciuium nostrorum de pedite Ciuitatis sal apud nos
emerint zupparios vendendi idem sal in Ciuitate nostra
Cracouien liberam habeant facultatem ¶ Bona eciam

predicti Comitis Dobeslai extra muros prope Ciuitate predicti Cives nostri tenere debent et habere quemadmodum bona eiusdem intra muros possident atque tenent. Ceterum promittimus firmiter predictis nostris Ciuibus et spondemus quod nunquam muros construere volumus inter Castrum et Ciuitatem nostram sepedictam per quos muros dictum Castrum Ciuitati predicte iungeretur sed semper castrum per se et Ciuitatem per se diuisim volumus remanere In Cuius concessionis et donacionis euidenciam presentes fieri mandauimus nostri sigilli munimine roboratas Actum presentibus his testibus Venerabili domino Johanne Episcopo Crac Alberto palatino Sandomirien domino Nicolao palatino Crac domino Prandotha Castellano Sandomirien domino Pacoslao Judice Crac domino Alexandro Castellano Visslicien et domino Clemente Cancellario Curie nostre Dat Crac Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexto Pridie Idus Septembris Indiccione et epacta quarta Concurrente vo. vto

Concordia facta cum Sandecensibus ita quod duntaxat medietatem exactionis Czwartczol soluere debent Et de precio pense in Cracouia sint liberi Et est in signatura priuilegiorum Nonum

Nos Nicolaus Aduocatus Wernerus Petmannus Johannes podlanze Nicolaus dictus gutter Johannes dictus Sutentop Et Nicolaus dictus Sipuk Consules Ciuitatis Sandecen vna cum Johanne Viuite Ciue nostro et cum tota Communitate nostra de Sandecz ad vniuersorum

Noticiam presentibus cupimus pervenire tam presencium quam
futurorum Quod cum inter nos et Honorabiles Consules et
Cives Civitatis Crac. Coram domino nostro Illustri Wla-
dislao Rege polonie Magnifico super solucione theolonei
quartarum de pannis, lis et questio mota esset Et licet
dictum theoloneum quartarum Iure proprietatis ad Civitatem
Crac ab antiquo dinoscatur pertinere Tamen dicti Consules
et Cives precibus dicti domini nostri Regis polonie hu-
militer inclinati nostreque Amicicie causa super predicta
solucione theolonei quartarum et super precio pense Crac.
graciam faciendo mediante viro Nobili domino Spithkone Crac.
palatino nobiscum amicabilem composicionem et ordinacionem fecerunt
nobis mediam quartam de stamine quolibet relaxando et
mediam quartam solvere perpetuo tenebuntur de quolibet stamine
cuiuscunque sit precii seu valoris ¶ Insuper Indulserunt nobis
quod de universis mercibus et rebus que deducuntur deponuntur
aut pensantur in Cracovia quod de talibus nunquam aliquid precium
pense persolvere debeamus Quam ordinacionem ratihabentes
perpetua stabilitate firmiter promittimus observare et ad
certitudinem dicte ordinacionis pleniorem nostrum Communitatis
Civitatis Sandecensis Sigillum presentibus duximus appendendum
Datum apud Crac sub anno domini Millesimo cccc° xxiii° die
Sancte Agnetis

Concordia facta cum Sandecensibus per Spiczmirz
palatinum Cracoviensem quod Cracovienses per Sandecz
et Sandecenses per Cracoviam ire debent et per vislam et
per dunayecz nullus ducere debet in thorn excepto sale

Nos Nicolaus aduocatus Consules et Communitas
Ciuium in Sandecz vniuersis fore notum cupimus per
presentes Quod cum inter Ciues Crac ex vna parte et nos
ex altera super ductura nauium et vectura currium cum
rebus mercimonialibus versus Thorun dudum coram domino
nostro Inclito Principe wladislao tunc duce nunc vero
Rege Polonie suborta fuisset materia questionis tandem
post multas altercaciones hinc et inde placuit eidem domino
nostro vt hec questio per modum concordie presente et medi-
ante nobili viro domino Spicymiro nunc palatino Crac
equanimiter sopiretur Cum de mandato domini nostri
Regis tale inter nos et ipsos vt infrasequitur medium ordi-
natum ¶ Quod nec Ciues Crac nec Sandecen nec
quispiam alius merces suas excepto Sale deducere de-
berent in Nauibus tum per wislam tum per Dunayecz
versus Thorun non aliter quam per Cracouiam et ciues
Cracouien pergentes cum mercibus suis versus partes
hungarie non alias vias quam per Sandetzen Ciuitatem
tam in eundo quam in redeundo transire modis omnibus
teneantur Quam quidem ordinacionem seu concordiam
de conniuencia domini nostri Regis sic factam tam Ciues
Cracouien quam nos Sandecen promisimus vtrobique
inuiolabiliter obseruare Sed quia propter tractum temporis ex
ignorancia a dicta ordinacione per quosdam Ciues
Crac extitit oberratum quo deducto per nos coram Con-
sulibus prioribus et modernis Crac in questione pla-
cuit eisdem vt omnes principales et seniores et omnes magistri
artificum vna cum primatibus pluribus super eo euocarentur
in vnum Qui sic simul congregati habito maturo

Consilio super eo pnte ac mediante Nobili viro
prefato Comite Spitzmiro palatino Cracouiensi et
vnanimiter decreuerunt dictam ordinacionem ratam et
gratam habere, per omnia et promiserunt eam vna nobi-
scum perpetuis temporibus firmiter et inuiolabiliter ob-
seruare ¶ Adiciens et eciam promittens vtrimque
quod si aliquis Crac vel eciam Sandecen vel quiuis ali-
quam ordinacionem presumeret aliqualiter violare nec in Crac
nec in Sandecz deberet haberi pro Ciue et Jus mercadi
perderet hic et ibi donec vtrique Ciuitati de tanta pre-
sumpcione temeraria satisfaceret ad arbitrium vtrorumque
¶ Preterea hoc etiam quod inter nos et ciues Cracouien
predictos super solucionem quartarum de stamine et super so-
lucione precii pense apud Crac facienda mediante prefato
Comite Spitzmiro ante dudum fuerat ordinatum ad per-
petuam rei memoriam presentibus duximus inserendum videlicet
quod Ciues nostri Sandecen de quolibet stamine aliunde
adducto Crac mediam quartam vsualis monete Ciuitati
Crac perpetuis temporibus soluere tenebuntur Item de omnibus
mercibus ac rebus quas ponderari consuetum est ibi
depositis siue ponderatis integraliter precium pense soluant
Sed de rebus et mercibus non depositis et deductis nullum
precium pense soluere tenebuntur In cuius rei perpetuam
memoriam presentibus nostre Communitatis Sigillum duximus
appendendum Act Crac Anno domini Millesimo ccc
vicesimo nono tercio kalendas Junij Presentibus nobilibus
Consulibus Nouis et antiquis Sez Petirmano diuite
Nicolao zupnyk Nicl guthen Nicl zindramy Nicl mordbir
Hamano lodwici Johe diuite Johe podlanze et aliis fidedignis

3

A

b

Privilegium Regis kazimiri de nupcijs cum quot
personis · ferculis · scultellis · et Ioculatoribus perfici
debent ; quomodo circa baptismum et propinam puerpere
se tenere debeant ; Que pena dum virgo vel vidua
clam alicui fidem dederit ; De homicidio quomodo
Iudicari et quo Iure Ciuis debeat ; Que pena qui
post prohibicionem Ciuitatem auderet ingredi ; Et Iusticiale
habentes ad aliquod Ius castren siue extraneum trahantur
Et est vndecimum In signatura Priuilegiorum

In nomine domini Amen Cum ea que pro comodo et vti-
litate hominum perfectiua fieri dinoscuntur ypa quod in Regali
presencia peraguntur dignum et summopere necessarium fore censetur
ut scripture et testium apicibus solempniter eternentur Hinc est quod
Nos kazimirus dei gracia Rex polonie Necnon Terrarum
Crac Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Pomeranie
quod dominus et heres Notum facimus presentibus et futuris tenore
presencium quibus expedit vniuersis Quod ad nostram nostrorum
quod baronum fideles nostri Consules et Seniores Ciuitatis
nostre Crac accedentes presencia nobis humiliter supplicarunt quatenus
quedam Instituta que inferius sequuntur per eosdem de maturo
eorum et salubri Consilio quod non modico ipsius Ciuitatis Crac
Comodo et vtilitate facta et posita nostra Auctoritate Regali
ratificare approbare et confirmare dignaremur misericorditer
de nostra beniuolencia speciali ¶ Primo vero quod quicumque
inhabitatorum et Ciuium Ciuitatis dicte Crac nupcias contigerit
celebrare in eisdem non plures quam triginta scultellas
et ad quamlibet scultellam tres homines idem inhabitator
vel Ciuis debet habere Si autem ibidem fuerint virgines

9

Presbiteri uel Hospites qui Ciuitatis Ius non habent aut
etiam ad mensam seruientes qui in ipso numero teneri et
existere non debent vnusquisque autem qui ad ipsis nuptias
fuerit inuitatus et habeat Jus ciuile pro se dabit sponso
aut eius nuncio duos grossos et vxor sua seu quevis domina
alios duos quelibet autem virgo vnum grossum dare debent
quinque fercula et non plura in eisdem nupcijs debet haberi
Ceterum nemo cum virgine tradenda debet extra domum quam-
cumque chorisare aut etiam noctis tempore vigilare priusquam
ipsa virgo cum suo marito deponatur ¶ Insuper volumus
quod in ipsis nupcijs octo ioculatores habeantur et non plures
cantantibus et loquentibus cantiones qui rymarij dicuntur
nec non vendentibus vnroth ab ipsis exclusis penitus et eiectis
¶ Preterea transiens ad balneum sponsa viginti personatas
seu recipere teneatur et non plures Similiter cum puero infante
ad ecclesiam pro baptizando deportante non plures quam viginti
persone transibunt ¶ Interim autem quod quecunque domina vxor
Ciuis Ciuitatis in puerperio iacet et existit nullum conuiuium
quod kindelbir wlgariter appellatur uel quodcunque aliud debet fieri
per ipsam nisi tunc quando suo tempore secundum morem ecclesiam intendet
intrare ipsam non plures quam viginti persone si tamen et
eas voluerit sequentur Quicunque autem premissa instituta
Consulum et Ciuium Ciuitatis demorum uel aliquod eorum incurret
aut aliquid contra ipsa uel aliquod eorum temerarie attemptare
presumet penam quinque marcarum Ciuitati et Consulibus
sine quauis diminucione et integraliter persoluet Preterea
pro ipsa pena ad arbitrium et graciam Consulum eorundem incurret
Qui vero premissa omnia uel eorum aliqua intendet minime

d

e

f

Licitum sit ei nulla pena propter hoc incurrente ¶ Ceterum quicunque sibi virginem vel viduam desponsare vel etiam copulare intendens nullum guerinum vel eciam prelibacionem que frumorgen vel ein geneschte wlgariter nuncupatur per se aut alium in sua vel virginis aut vidue seu quarumcumque Civitatis domo faciat sub pena quinque marcarum premissa

¶ Posterum quicunque in ipsa Civitate Crac virginem vel viduam rapuerit vel ipsam per violenciam receperit perpetuo proscriptus Civitatis eiusdem censeatur et nichilominus rapta nullum Jus ad suum patrimonium et quamlibet hereditatem ipsam legittime contingentem infra quod ipsam raptor vixerit habebit Proles eciam ipsorum videlicet filii et filie ex ipsis producte similiter toto Jure hereditatis materne tempore vite patris eorum carebunt Sed tamen dum raptor ab hac migrauerit vita ipsa et sui pueri Civitatem eandem Crac libere ac licite intrabunt hereditatem ipsorum et bona omnia mobilia et immobilia integraliter et indiminute recepturi

¶ Item quecunque virgo vel vidua fidem suam alicui clam dederit et occulte ac sine Consilio et assensu patris et matris proximorum que suorum Amicorum contraxerit cum eodem recipiens eam sit introitu Civitatis careat per decem annos ipsa eciam per eosdem decem annos ad hereditatem suam et bona omnia mobilia et immobilia nullum Jus habebit Per quos quidem decem annos eadem sua hereditas et res ac bona ipsius omnia sub potestate et tuicione eiusdem mulieris vicinorum Amicorum quibus est fides adhibenda simul et Consulum Civitatis iam dicte tenebuntur ¶ Hoc autem in pauperibus et amicis carentibus nullatenus obseruetur sed contrahant et sibi invicem promittant prout placet

¶ De homicidio

Sane quicunque de homicidio accusatur sentiens quod fore
se reum et iniustum fugit de Ciuitate ipse secundum ius ciuitatis
debet esse proscriptus et si tempore succedente concordauerit cum amicis
aduersarijs suis ab ipso die concordie per duos annos continue carebit introitu Ciuitatis
¶ Si quis autem de homicidio accusatur et se asserens iustum
et de huiusmodi homicidio innocentem non fugit de ciuitate
dat quod responsum aduersarijs suis prestans Juramentum et
vltra hoc cum eodem suo aduersario secundum gratiam concordat
ab eodem die composicionis et concordie similiter introitu
Ciuitatis carebit per duos annos continue se sequentes
Qui vero pro homicidio Jurauerit et percipietur in po
sterum ipsum in homicidio reum et iniustum extitisse ac propter hoc
periurium incurrisse talis pro homicidio periurio per consules
Ciuitatis sepiusdicte secundum ipsorum arbitrium et prout ipsis vide
bitur punietur Justo nichilominus Jurante in sua Justicia pro
vt expedit permanente ¶ Quicunque autem tempore prohibicionis
Ciuitatis sibi facte Ciuitatem eandem temerarie intrauit
et ibidem captus fuerit et inuentus nouem marcas grossorum pro
pena Consulibus Ciuitatis predicte indiminute et integraliter
persoluet quas si per octo dies proxime sequentes ipsis dare
et persoluere non curaret extunc digitus amputabitur sibi
omnibus difficultatibus et occasionibus proculdubio semotis
Quamquidem penam tociens sic persoluet quociens ipse
constiterit contra huiusmodi inhibicionem contemptibiliter ex
cessisse ¶ Nos vero kazimirus Rex polonie predictorum
dictorum nostrorum Consulum et Ciuium peticionibus fauorabiliter
annuentes et benigne omnia et singula instituta per ipsos
posita superius scripta rata grata habentes atque firma
ipsa Ratificamus approbamus nostra Regia Auctoritate

I M N O

Presentibus confirmamus perpetuis temporibus in filios filiorum et successores in heredes valitur pariter et duratur Decernentes et volentes inviolabiliter observari qd Cives Crac et omnes habentes ibidem Jus Civile ad instanciam cuiuscunque evocati et pro quacunque causa ad castrum nostrum Cracovien et extra Civitatem eandem ad Judicium nullatenus trahantur Hoc duntaxat excepto si contra aliquem eorum probaretur qd in Civitate predicta Crac Juri parere contempnet aut ei recusaret Ne autem premissa et eorum singula per quempiam in posterum possent qd absit violari vel quocunque modo prepediri Presentes has eis scribi et nostri Sigilli appensione mandavimus roborari Actum publice in Sandomiria in Crastino Nativitatis Sancte marie virginis gloriose Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto Presentibus nobilibus viris Baronibus nostris dominis Spicimiro Castellano nostro Crac Msczwyo palatino Sandomirien Nicolao pathio Crac Sbigneo preposito et Cancellario nostro Cracovien per cuius manus presens privilegium est donatum Petro Sandomirien Mistigneo Radomien Johanne lublinien Jacobo Zarnovien castellanis cum aliis testibus

Privilegium Kazimiri Regis Polonie Super libertate theolonei in Rytter ubi decernitur quod Cives Crac a solucione theolonei in Ritter sint perpetuo liberi et est in ordine privilegiorum duodecimum

In nomine domini Amen Quoniam ea que fiunt in
tempore sepesepius prolixitate temporis in oblivionem deveniunt
nisi fuerint scriptis et digno testimonio memorie commendata
Nos igitur Kazimirus dei gracia Rex Polonie notum facere
volumus quibus expedit universis quod cum inter fideles
nostros Consules et Cives Cracovienses Civitatis ex una parte et
Strenthkonem nostrum Zupparium et theolonatorem parte ex
altera super theolonco in Kitter materia questionis ver
teretur coram nobis Tandem idem Consules et Cives per
milites nostros et Cives Sandecenses ostenderunt sufficienter
quod ad solucionem ibidem theolonei in Kitter non tenentur
Petentes nos suorum serviciorum ob respectum ut eandem li
bertatem a predicto theolonco ex superhabundanti digna
remur nostro privilegio in perhennem memoriam confirmare
Nos itaque visa ipsorum iusticia et consideratis ipsorum servi
ciis fidelibus que nobis in nostris necessitatibus impenderunt
impendunt et impendent domino concedente in recompensam
ipsorum serviciorum ipsos Consules et universos Cives Cracovienses
Civitatis a solucione theolonei predicti a nobis et nostris
successoribus seu progenitoribus in Kitter perpetuo liberamus
et absolvimus hiis scriptis Volentes et irrefragabiliter sta
tuentes ut a solucione eiusdem theolonei a nobis et nostris
successoribus seu progenitoribus et ab omnibus theolonatoribus
ibidem in Kitter constitutis sint liberi et immunes In cuius rei testimonium
presentibus nostrum Sigillum duximus appendendum Datum apud Cracoviam Anno
domini Millesimo CCC° xxxviii° In die Epiphanie domini presentibus nobilibus
Spitkone Cracoviensi castellano Nisczwio(?) Sandomiriensi Nicolao Sandecensi
palatino Mistigneo Radomiensi Thoma Biecensi castellanis et aliis quam
pluribus fidedignis Datum per manus domini Sbignei nostri Cancellarii et prepositi
Cracoviensis

R

Priuilegiū karoli Regis Hungarie In quo cū sua conuge Elizabeth et filys suis lodwico Andrea et Stephano promittit in pristina eorū libertate cōseruare si kazimirus rex polonie sine prole masculina decesserit Et est tredecimum in ordine et signatura priuilegiorum

In nomine domini Amen Quoniam noticia rei geste veratissime non immerito propagatur ad posteros cui perhennis auctoritas et robur firmū atque validū venit a scripto testiū et testimonio literarū Proinde noscat tam presens etas quam futura Quod nos karolus dei gra Rex vngarie cū consorte nostra charissima dna Elizabeth et filys nostris dilectis lodwico Andrea necnon Stephano promittimus volentes firmiter et spondemus infrascripta condicione mediante Quod si fratrem nostrum charissimum dnm kazimirū dei gra Regem polonie magnificū absque prole quod absit decedere contingeret hoc est sine sexu masculino vniuersitate Ciuiū Crac Ciuitatis videlicet tam diuites quā pauperes penes libertates suas et ipsorū cuncta Jura quemadmodū habuerunt ab antiquo et pncia ptis nostri domini voladislai clare memorie quondam Regis Antiqui polonie et fily sui fratris nostri dilecti domini kazimiri prefati Regis moderni in robore firmitatis irreuocabiliter permanere quas insuper libertates cōmunitatis predicte et vniuersa ipsorū Jura nullatenus infringere nec minuere cupientes nec ipsis in aliquibus derogare sed ipa potius augmentare volentes et magnifice sublimare Adiicientes etiam postremo gratuita fauorabilitate quod toto nisu et regia magnificencia vniuersos Ciues prefate

Ciuitatis propter expositam et parata beniuolenciam nobis per ipsos reuerenter exhibita et impensaz fouere et tueri volumus benigne et in cunctis ipsos prosequi gracia speciali Ut aut hee nostre promissiones robur habeant perpetuo valituru presentes Sigillorum nostrorum appensione duximus communiri Dat in wisschegrad in octauis paste festi beati Andree Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono

Priuilegiu kazimiri Regis polonie de robore testamenti coram Consulibus facti et de tutoribus eligen de non emendo censu intra muros Ciuitatis de eo qui proscriptus caperetur quomodo Judicari debet de volnerato in nocte quid agere debeat De stamibus panni quando per forenses vendi debent De heditate obligata quod non debet vendi nisi annus et dies expirauerit De Armis interpercutiendo receptis quod domibus cedere debent De factis cora Consulatu quod tantu vigorem habent ac si coram bannito Judicio facta essent Et est quartudecimu in ordine aliorum

In nomine domini Amen Ea que cupiunt stare in statu solido literarum attestacione et testium subscripcione fiunt firmiora Ideo quod Nos kazimirus deigracia Rex polonie et terrarum etc Presentibus et futuris tenore presentium volumus esse manifestum quod ad Instanciam fidelium nostrorum Consulum et seniorum nostre Ciuitatis Cracouien cupientes

Commune bonū non minui sed augeri ad vtilitatem
reipublice et profectū nec nō pro gnli bono omnium incolarū
vtriusqꝫ sexus Ciuitatis nre supradicte Crac constituciones
seu arbitria statuta qꝫ infrascripta bona deliberacōn matura
qꝫ consilio prelibato ꝑntibꝫ ratificantes confirmamus volens
ipā ab omnibus eiusdem Ciuitatis nre predicte Incolis in
posterū perpetue firmiter et inuiolabiliter obseruari Que
statuta Constitucones atqꝫ arbitria predicta scribuntur
in hec verba ¶ Si contigerit quod homo ita infirmus
efficeretur quod timendū esset de vita sua vel proponeret
visitare limina sctorū aut reciperet se ad vias longinquas
vel vltra mare ille potest corā tribꝫ consulibus eligere
tutores vnū vel plures pro pueris suis vel propinquioribꝫ
suis amicis qui etatem non haberet et pro omnibus rebus
suis mobilibus vel imobilibus quecunqꝫ voluerit siue sint
amici siue extranei et hy debent habere plenā auctoritatē
et posse sicut ad hoc essent nati et qd idem infirmus sit ita
bonam racōz Et si propinquiores illius vellent hoc destruere
non possunt quousqꝫ pueri perueniunt ad quindecim annos
Sed si femellam infra hos annos nubere contingeret tunc
maritus eius tutelam accipiet hoc statuto non obstante
¶ Item nullus infra muros Ciuitatis vendere debet
vel emere aliquē censum super hereditates quem vellet
aut posset hereditarie possidere ¶ Quicunqꝫ emit
hereditatem et possidet eam anno et die sine iusta al
locucione is iam libere debet possidere et obtinere ex parte
omnium in Ciuitate existenciū siue sint iuuenes siue senes
¶ Quicunqꝫ ciuis vel mercator exceptis nobilibus terre
nostre duntaxat et si in illa proscripcione caperetur

Et vinceretur quod fuerat proscriptus ille iudicari
debet secundum formam iuris ita tamen quod cum testibus
non conuincatur ¶ Quicumque Ciuis uel mercatores
luserint vltra fertonem cum taxillis siue globis soluat
vnam marcam Ciuitati pro emenda ¶ Si quando que
contigerit etiam sicut prochdolor euenit quod vnus in nocte
uel in die wlneraret aut occideret habens wlnus aptum
et manifestum et ad Scabinos non posset propter tempus nocturnum
ille debet ad aduocatum ire et manifestare ei molestiam suam
et cras ante meridiem habebit tam bonum Jus ac si in nocte
querimoniam fecisset Et hoc ideo fit quod Scabini tempore noctis
surgere de lectis suorum in nullo molestentur ¶ Quicumque
hospitium adducunt pannos illos vlterius vendere non debet
alyis hospitibus nisi in die forensi et non debent simul pau-
ciores vendere quam sex pannos et non debent alias ven-
dere quam in cameris pannorum Etiam nullus debet vendere
stamen integrum quod homines vellent incidere et diuidere
inter se Hic in Ciuitate nisi pannicide Ab isto articulo
nobiles terre nostre et limitgiores eorum sint exclusi ¶ Item
volumus statuimus et decernimus in presentibus quod quilibet
hospes debet vendere propria stamina sua et non aliena ¶
Cuiuscumque hereditas obligata fuerit ille debet eam seruare
et non vendere nisi anno et die expirato ¶ Si contingeret
aliquam dissensionem inter Ciues fieri et quicumque incederet
Ciuis uel hospes armatus post hoc et nollet iure causam
suam repetere arma illorum debent fore Ciuitatis Insuper
quilibet armatus pro pena soluat vnam marcam et hoc
debet cuenti pro emenda Ciuitatis ¶ Et si Consules
sederent in loco solito et consueto et aliqua seriera contingit

Seis agerentur quod hec tanta vim et vigorem talem habeant ac si coram iudicio bannito fierent uel fuissent facta Vt autem hec confirmacio nostra firma et inuiolabilis temporibus perpetuis perseueret ad huiusmodi euidenciam rei pleniorem presentes literas fieri et sigilli nostri munimine iussimus roborari Actum Crac die dominica proxima ante festum sancti galli Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo Presentibus hiis nostris Spiczmiro Castellano Crac Mscziwoglo Sandomiriensi Ymbramo Crac palatino petro Sandomiriensi Andrea Wislic Castellanis Johanne Judice Crac Henrico Sandomiriensi Succamerariis et aliis pluribus fidedignis Datum per manus Sbignei prepositi sancti michaelis et vicecancellarii Curie nostre

Priuilegium lodouici Regis hungarie In quo promittit quomodo regnum polonie tenere vellet si Regem kazimirum superuiueret et est sextum decimum in ordine

Nos lodouicus dei gracia hungarie dalmacie Croacie Rame Seruie gallicie lodomirie Comanie bulgarie princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus Significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem Quod cum Johannes Woynicensis castellanus Florianus prepositus et Cancellarius lanciciensis petrus tribunus et pelka Subagazo Cracouienses ad nostram accedentes presenciam nobis ex parte vniuersorum Regnicolarum Regni polonie super concedendis eisdem clemenciter articulis infrascriptis humiliter supplicassent Nos eorumque vniuersorum ipsorum Regnicolarum peticionibus graciose acclinati promittimus et assumimus bona fide absque omni

dolo et fraude verbo nostre Regie maiestatis vt si disponente
dno in Jus et Regnu polonie prenotatu iuxta forma composicionis
et ordinacionis inter Serenissimos principes dnos kazimiru
Illustrem Regem Polonie auunclm nostru predilctz ac felicis
memorie karolu quondam Regem polonie vngarie genitore
nostru ipius qz sororu m et nostru et fratru nostroru per-
sonis dictis inite et firmate ac nobiscu nouissimis tpibus
innouate processu tpm succedere nos contingat Nullas col-
lectas seu exactiones nos et nostri successores et eorundem
regimins in predicto regno tpe aliqu faciemus a Regnicolis p
notatis quas recolende memorie dns pater ipius domini
Regis ac idem Rex aliquibus ex causis vltra consuetam
et solitam libertatez ab eisdem regnicolis et presertim platis
et personis Ecclesiasticis eoru qz villis oppidis seu incolis nobi
libus ac eoru villis et oppidis seu Ciuitatez Regni eiusdem
cuiuscuqz status et condicionis exigi seu extorqueri fecisset
Sed his contenti erimus que ipi soluere consueuerut ab an
tiquo vel que ad camera Regiam seu Jus regale constiterit
pertinuisse seu constabit Sed si Ciuitaten exceptis cum
Nobilibus dicti Regni polonie uel aliqui dictoru Ciui
tatensiu de eodem regno occurrente aliquo necessitatis seu
oportunitatis tempore nobis aliqualiter contribuere voluerint
ad id non acceptandu nos nullatenus obligamus sed gratant
recipimus qd liberaliter offertur per eosdez Ac tamen ad id fa
ciendu seu soluendu eosdem nullomodo compellemus Item
si per regnu illud quocuqz tpe procedere nos contingat de
scensus super prelatos Ecclesias Monastery ipoou populos
supradictos seu Regni antedicti Nobiles ac eoru Jobagiones
populos vel inquilinos non faciemus contra eoz voluntatez

Nec aliqui occasione defensus faciemus exigi ab eisdem
Quod si vel pro faciendo defensu divertere non possemus
extunc pro nostris sumptibus vel pecunia nos procurari in vi
ctualibus et aliis necessariis faciemus Ceterum si in nostri et
ceterorum successorum nostrorum regiminis tempore pro aliqua expedicione
facienda ultra fines eiusdem regni procedere nos expediat
vel eosdem de dampnis si que regnicole eiusdem regni in eadem
expedicione nobiscum aut aliquo successorum nostrorum existentes in
nostris serviciis subierint plenariam eisdem satisfaccionem impendemus
et ipsi idem impendere teneantur Demum si quod absit nos aut
dominum Johannem ducem nepotem nostrum absque herede masculini
sexus decedere contigerit extunc omnia pacta convenciones disposiciones
ordinaciones Juramenta fidelitatis et omagii ac obligamina
quelibet confecta super facto regni polonie supradicti que nos
aut nostros et ipsius heredes contingebant eo ipso annullentur
irritentur et viribus maneant caritura nec alii successores
nostri preterquam heredes memorati horum pactorum occasionem
aliquam iuris in eodem valeant ulterius vendicare Sed Regni
cole ipsius Regni polonie super ipsis liberi sint penitus et
exempti ac per omnia expediti Salvis tamen solucionibus
v^m sex grossorum bohemicalium incliti domine Semonis filie eiusdem
domini regis tempore maritacionis ipsius prout per predictum dominum
Regem genitorem nostrum assumptum fuerat per nos plene et
integre eisdem persolutis de quibus in predictorum composicionis
et ordinacionis irritacionis et annullacionis eventum volumus
ut nostris successoribus seu heredibus satisfactio impendatur
per illum qui prefato regno polonie presidebit Sic tamen
si predictum regnum in nostras vel domini Johannis ducis
nostrorum quam vel ipsius heredum manus devenire non contingat

Quod si deuenire contigerit corpo prefati Rex et Regnum
a debito dictorum v^c sex grossorum sint per omnia expediti
Pacta aut conuentiones ordinaciones et disposiciones quascumque
et instrumenta confecta super ipsis tribus quibus supra cum
omnibus ipsorum obligacionibus aut promissionibus et firmamentis
quibuscumque presentibus ratificamus approbamus et illibata iuxta
conuentorum contentorum in eisdem formam super eiusdem vinculo
sacramenti promittimus omnibus tribus obseruare Insuper
omnes duces prelatos Ecclesias ecclesiasticas personas barones
magnifices proceres nobiles Ciuitates villas eorumque populos
et inquilinos in eorum libertatibus promittimus conseruare nec
eos contra illas intendimus aggrauare vel per alios paciemur
aggrauari modo aliquali In quorum omnium testimonium robur
que perpetuum presentes concessimus literas nostras duplices ac pendentis
Sigilli nostri munimine roboratas Actum Bude 24 die mensis
January Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo
quinto etc

Priuilegium Kazimiri Regis polonie Quod forenses et hospites extranei merces eorum hic deponere et vendere possunt Et extraneus cum extraneo mercari non debet de tela quomodo vendi debet De pena a transgressoribus statutorum per Consules Crac recipienda 17 in ordine

In nomine domini Amen Expedit enim vt ea que de maturo
consilio pro vtilitate Regni statuuntur non inmerito debent
ab omnibus racionabiliter obseruari etc Hinc est quod nos
Kazimirus deigracia Rex Polonie Nec non terrarum Crac
Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie pomeranieque dominus

Et heres ad noticiam et memoriam perpetuam tam presencium quam
futurorum quorum interest vel interesse poterit deducimus per presentes
Quod considerantes utilitatem commodum et profectum quibus Civitas
nostra Cracovien et incole ipsius quorum longe lateque per orbem
fama ubilibet commendabiliter predicatur valeat uberius augeri
matura deliberacione animi nostri nostrorumque baronum diligenter
prehabita ¶ Statuimus ordinamus ac in presentibus decernimus
perpetuo duraturum quod omnes et singuli forenses seu hospites mer
catores de regnis dominiis Civitatibus territoriis ac districtibus
extraneis quibuscumque venientes cuiuscumque status condicionis aut
linguagii fuerint aut existant qui in Civitate Cracovien pre
dicta suas merces in quibuscumque maneriebus existant exponere
vendere aut deponere voluerint licitum et liberam habeant omnimode
facultatem ¶ Preterea Civitatem nostram Cracoviensem predictam
graciosa consideracione volentes peramplius adaugere statuimus
decernendo efficaciter declaramus ut mercatores ab aliunde
ad Civitatem Crac prenotatam ut premittitur accedentes mercimonia
sua inter se vendere aut emere nullatenus presumant sub penis
inferius specificatis Sed dumtaxat huiusmodi merces suas
fidelibus nostris Civibus Crac aut Regnicolis dicioni nostre
subiectis vendant et emant ab eisdem pro ut ipsorum utilitati
commodius videbitur expedire ¶ Interea duximus ordinandum
ut omnis tela alba undecumque ab extra venerit et specialiter
Golcz non aliter quam cum longa ulna ab ementibus et ven
dentibus precise debeat mensurari Tela vero nigra trestiles
consueta ulna communiter mensuretur ¶ Ceterum ut decreta
nostra super premissis commendabiliter ordinata perpetuis temporibus
ab omnibus inviolabiliter observentur edictum nostrum hactenus
ponimus generale Quod quicumque transgressores eiusdem

Extiterint seu violatores et de huius transgressione seu
inhibicione reperti fuerint et convicti ex tunc venditor rerum suarum
quinque marcas et emptor earundem alias quinque marcas ac civis
hospites eosdem colligens si cum scitu ipsius factum fuerit quinque
quinque marcas nec non et ille qui pro pena per nos statuta
intercedere aut implorare voluerit similiter quinque marcarum
pena notabiliter plectatur Cuiusquidem pecunie solucionem
pro excessibus prenarratis Consulibus Civitatis Cracovien
sepedicte qui pro tempore fuerint quociensque idem fieri contigerit
pro necessitate et utilitate Civitatis memorate convertendam
de benignitate nostra regia favorabiliter applicamus In quorum
omnium testimonium et evidenciam pleniorem presentes scribi et nostri
sigilli appensione iussimus roborari Actum Crac in octava sancti
michaelis archangeli Sub anno domini millesimo trecentesimo
quinquagesimo quarto presentibus hiis testibus Imramo Crac
Johanne Sandomirien palatinis Sbigneo Crac Floriano
lancicien Cancellariis Wielzkone Sandomirien Eustachio
lublinen Johanne Woynicen Castellanis Petro Tribuno
et Andrea Subcamerario Cracouiensibus et aliis multis
Datum per manus domini Sbignei Cancellarii nostri supradicti
Scriptum autem per Nicolaum Curie nostre Cancellarium ecclesie Wysliciensis

Privilegium kazimiri Regis polonie Super pannorum
Cameras Super Institas Super stampna panum
Super crematorium argenti Super balnea Schrotkwagen Swartzol Super omnibus censibus Civitatis
De pistoribus De hiis qui Iuri Civitatis subiecti
sunt De pascuis Civitatis De causis ad Ius

S

Ciuitatis pertinentibus Si Nobilis Ciuem occiderit
uel wlnerauerit quo et vbi iustificari debet Econtra
Si Ciuis nobilem wlnerauerit uel occiderit De eo qd
Ciues nullibi trahi debent ad Jus aut captiuitatem
Jtem omnes in curys sunt subiecti Juri Ciuitatis De
via qua eundu est in vngariam Vbi hoc priuilegiu
ostendi debet Jtem Spiritualibus et personis ecclesiasticis
hereditas nulla resignari debet Jtem de bannitis ex
Ciuitate De libertate Theolonei Et est in ordine 18

1358

IN nomine domini Amen Regie maiestatis celsitudo propter
queque virtutum insignia laude dignis glorie titulis excellenter
insignitur et tanto celebrioris fame venustatur auspicys fato
ex diffusioris laudis attollitur preconys quanto acutarius
satagit inhiare ampliandis reipublice incrementis Ex quibus
Regie dignitatis consurgit fastigiu honoris augescit culmen
Regalis munificentie propagatur liberalitas et subditorum
successus crebrescit incensum Hinc est qd nos Kazimirus
Dei gratia Rex Polonie Nec non terrarum Crac Sandomirie
Siradie Lancicie Cuiauie Pomeranie ex dominus et heres
Notum facimus presentibus et futuris Quod cu Ciuitas nostra
Crac inter vrbes Regni nri famosior sic nomine celebrior est
fama et in bonis fortunis ceteris videatur preeminere Cuius
siquidem Ciues ab annis impubertatis nostre meritis sue
beniuolencie fidei puritate obsequiorum promptitudine nris
promptissime obseruandauere nutibus dignu ducimus ipam
Ciuitatem et Ciues ipius priuilegiorum prerogatiuis et
donacionum graciys libertatum excellencys non merito alijs

Prerogare Sane igitur consideratis et propensius exquisitis
privilegiis donacionibus libertatibus per nos et progenitores
aut quosvis predecessores nostros ipsi Civitati erogatis et
indultis nunc specialiter et expresse declaratis indeclarata
luculencius declaramus declarata presenti instrumento vigorosius
approbando ratificamus de munificencia siquidem liberalitatis
Regie damus perpetuo donantes munificencius elargimur
Universitati eiusdem Civitatis nostre omnes et singulas utilitates
infrascriptas Notanter ¶ quinque cameras pannorum cum
toto censu et pleno dominio ¶ Sex cameras pannorum cum
terragio sive censu terrestri ¶ Viginti duo scampna panis
cum pleno iure ¶ Duas cameras sive casas in quibus panni
tonduntur cum omnibus utilitatibus ¶ Sex cramos sive institas
cum suis censibus ¶ Tres stubas balneares quarum una
vocatur in Arena altera balneum Iudeorum Tercia circa
Cornutos cum quibuslibet eorum solucionibus ¶ Cremen-
tarium auri cum omnibus suis attinenciis ¶ Duas pesas
sive stateras quarumlibet rerum cum omnibus usibus ¶
Duos currus vel plures si necesse fuerit ducentes pota-
bilia ad quos pertinet deposicio et supposicio vinorum
Cerevisiarum et quorumlibet potabilium cum omnibus utilitatibus
ad eos vel ad ea pertinentibus ¶ Censum quartarum de
singulis hospitum stantibus vel ius Civitatis non habentium
¶ Unam aream in platea castren aliam in platea Iu-
deorum ¶ Macellum carnium cum suo censu ¶ Agrorum
mansum cum dimidio ¶ Censum armatorum ¶ Item
omnes census intus et intra et supra muros in foro et sub
pretorio in pretorio et circumquaque seu ex omni parte pretorii
qui sunt et fieri possunt pro utilitatibus Civitatis

Ampliandis dummodo ciuitas in locis celebribus per
inordinata edificia occupata non deturpetur ¶ Porro
ne vniuersitas Ciuium et pistorum antiquatis libertatibus
frustrata ad insolitam cogatur seruitutem prouidemus graciose
indulgentes Quod omnes et singuli ciues et pistores sicut
de antea fuerunt ex nunc liberi sint quelibet frumenta sua
molere seu contundere quod wlgo dicitur Schroten in molen
dinis quibus ipsis placebit nec vnquam compelli debent ad
molendum seu contundendum sua frumenta in nostris Rega
libus molendinis uel alijs quibuscunque ¶ Exceptis illis pi
storibus qui ad nostrum translati cum toto censu fuerint do
minium uel redempti ¶ Census siquidem superius expressatos
augeri admittimus sine nostrorum censuum aliqua diminucione
¶ Preterea pro vlteriori augmento Reipublice Ciuitatis
Gades ab antiquo distinctos hoc modo duximus confirmandos
¶ Primum quod omnes Suburbani ad omnia Jura Ciuitatis
obligentur exceptis specialiter Ciuibus residentibus ad Sanctum
Florianum et incolis Nigre ville et nigre platee et hijs qui
in littore visle resident versus Swyerzinicia qui omnes Judi
cio et Jurisdiccioni Ciuitatis non subiacebunt ¶ Deinceps
pascua versus Swyerzinicia usque ad gades limitatos uel de
limitandos ad Ciuitatem pertineant ab istis gadibus directe
usque ad fluuium prondnik circa agros Johannis Ameler
ab isto loco per limites agrorum ad Ciuitatem pertinencium
ab inde omnia intra pascua Ciuitatis contenta versus
Czyrzyn usque ad fluuium vislam deinceps versus kazim
iriam vnum littus visle ab ista parte In quibus gadibus
agros pertinentes ad domum Sancti Spiritus volumus fore ex
ceptos et exemptos ¶ Omnes quoque cause Ciuiles et criminales

Que Intra gades predistinctos emerserint cum omni Jure
ad Judicium et regimen pertineant Ciuitatis, eo moderamine
interiecto si equi pecora uel alie res quecunque apud nobiles
uel ingenuum nostri regni nostri fuerint arestata ibi apud
quem arestata fuerint parebit Juri coram iudice sibi com-
petenti Si autem huiusmodi res apud Ciuem aut merca-
torem extraneum uel quemlibet forensem fuerint arestata
a foro Judicii Ciuitatis quoquomodo non trahatur ¶
Interea ne quisque secundum status sui exigenciam Juribus sue
legis frustretur in eo casu si suggerente antiqui hostis
malicia Miles uel Nobilis terrigena Ciuem Ciuitatis
prenotate occiderit uel wlneraverit causa wlneracionis uel
homicidii coram nobis aut a nobis substituto uel Juris-
dictionem ordinariam habente Jure polonico prosequatur ¶
Econtra si militem uel nobilem regni nostri Ciuis occi-
derit aut aliqualiter wlneraverit in presencia nostra aut a
nobis substituti Jure Ciuitatis duobus aut tribus uel
pluribus Consulibus et Ciuibus presentibus causa decidetur
¶ Hac condicione addita quod solum in hoc casu quis
Ciuem uel Jus Ciuitatis habentem non ulterius quam
ad Judicium nostrum trahere poterit uel audebit In aliis autem
omnibus et singulis casibus nulli ciues uel Jus Ciuitatis
habentes per quoscunque Judices officiales uel familiares nostros
extra Judicium Ciuitatis nec ad castrum ¶ nec ad vincula nec
ad aliud quodcunque Judicium nec ad Captiuitatem trahi debent
uel euocari ¶ Excepto duntaxat quod si quispiam con-
ciuis ipsorum uel alius grauatus fuerit in Judicio ipsorum
per interlocutoriam que wlgariter orteil dicitur licitum sit
sibi ab eadem Interlocutoria ad maius nostrum Judicium

Appellare Cui Appellacioni sue eidem Judices desuper tene-
buntur forma Juris theutonici non mutata ¶ Item omnes in
Ciuitate uel inter muros Ciuitatis domos hereditates
possessiones obtinentes Ecclesiis et eorum Cimiteriis tantum
exceptis ad vigilias exactiones reipublice impendendas te-
nebuntur ¶ Hoc adiecto quod si nobilis uel aliquis in-
terrigena domos aliquas habuerit in Ciuitate nostra pro-
tacta et eas exposuerit ad locandum tunc locator siue inquilinus
ad omnia onera ciuitatis subire sit astrictus A quibus one-
ribus nobiles nostros sedentes in domibus propriis volumus
esse penitus immunes et exemptos ¶ Excepta guerra dum
hostes Ciuitatem obsiderent tunc omnes domos in Ciuitate
habentes ad defensionem ipsius sint astricti ¶ Sandecenses
eciam Ciues ceterique mercatores de vngaria vel de confinio
Sandecensi proficiscentes nullas vias extraneas uel insuetas
cum suis mercibus versus prussiam poloniam Sleziam Bo-
hemiam uel morauiam nisi per ipsam Ciuitatem Cracouiensem
transire debeant occasione ulla non obstante ¶ Item Ciues
predicte Ciuitatis Crac zuppam nostram ementes ab ex-
actionibus vigiliis omnibus que Juribus ac oneribus ciuitatis
exempti non debent nec absolui ¶ Ceterum necessitate exigen-
te presens priuilegium legi debuerit vel videri non alias
quam in Castro aut in Ciuitate Crac in presencia nostra
ostendatur ¶ Nulli demumque thabernam ad medium miliare
de Ciuitate sepedicta construere uel locare licebit in
preiudicium Ciuitatis ¶ Exsuperhabundanti equidem mu-
nificencia decernentes statuimus quod nulli possessiones uel
hereditates aliquas personis Ecclesiasticis uel religiosis
quibuscumque resignare in perpetuum poterint uel conferre

Sed si testare quis vel testamenta facere decreuit
ipsi uel executores huius testamenti vendito patrimonio
vel hereditate de pecunia disponant iuxta libitu͂ sue
sue voluntatis ordinando ¶ Demu͂ si quis de Ciuite
prenotata pro homicidio vulneracione uel malesficio quo-
cumque bannitus fuerit uel proscriptus infra annu͂ et
diem a mansione Ciuitatis abstinere tenebitur et in-
gressu et eundem sic proscriptu͂ in kazimiria et in floren
hoc est circa Sctm floriani͂ et in alys suis suburbys
fore censemus proscriptu͂ Econtra proscriptos in kazimiria
et apud Sctm floriani͂ eciam in ipsa Ciuitate Cracouien
volumus esse proscriptos De qua proscripcione excipimus
nobiles regni nostri nisi essent notory profugi uel predones

Nota

¶ Omnes nempe mercatores Ciues Crac cum suis mercibus
per terras inter Ciuitates et opida vbique locoru͂ trans[e]un-
tes a theoloneoru͂ solucionibus et grauaminibus quibus-
cumque omnimode absoluimus et liberamus ¶ Postremo
Statuimus quod si quispiam ciuis uel mercator extraneus
nullo herede superstite uel legittimo successore relicto
decesserit media pars bonoru͂ per eum relictorum mo-
biliu͂ et inmobiliu͂ fisco regio assignetur reliqua vero me-
dietas in vsus conuertetur Ciuitatis In quoru͂ omnium
Testimoniu͂ et euidenciam pleniorem presentem literam
nostroru͂ Sigilloru͂ munimine duximus roborandam
Act Crac in crastino bti Nicolai confessoris Anno dni
Millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo Presentibus
Nobilibus viris nris fidelibus Johane Castellano Zan-
briano palatino Crac Johanne Woynicen Nyndrga
Radomien Sawissio Sandecen Stasschkone malocosten

Castellanus Floriano Cancellario lancicien Johanne
Judice et Andrea Succamerario Cracovien datum per
manus domini Johannis decretorum doctoris decani et
Cancellarii Cracoviensis

Privilegium Rudolphi quarti ducis Austrie dat
mercatoribus Polonie quod mercari possunt ad Wi
ennam Et econtra Wienenses ad Cracoviam Et
quomodo utrimque iusticia debet ministrari Et est
decimum nonum in ordine et signatura

dat
362

Wir Rudolph der fierde von Gotis genoden Hertzogk
czw Osterreich czw Steyern vnd czw karnten Herre
czw Chrayn auff der windesthen margk vnd czw por
thonaw Groff czw habspurgk czw pfirt vnd czw ky
burch Margraff czw burgow vnd lantgroff czw elzaz
bekennen vnd thuen kunt offentlich mit disem briffe
das der durchlewtige furste her kazimir konigk czw
polen vnser liber bruder an einem teile vnd wir am
andern teile von vnser burger wegen czw Wyenn vnd
auch von der burger wegen czw krakow vmb alle krigk
Stosse vnd offlewffe dy czwusschen den zelbigen burgern
czw bedertseit gewesent sint vncz auff disen hewtigen
tagk als der briff geben ist gentzlich vnd fruntlich mit
einander bericht vnd oberein komen seyn Alzo das dy
burger von krokaw mit alle irer kawffmanschatz wy
dy genant mocht werden freilichen vnd sicherlichen
Arbeiten mogen vnd sullen yn vnser lande keyn Oster

In dy Stad czw Wyen czw gleicher weiß als ander
geste thuen dy awsser des zelbigen landes czw Oster
sitzen vnd wonen So süllen vnd mögen vns burger
von wien yn der zelbigen weiß arbeten sicherlich vnd
freilich yn das konigkreich czw polen yn dy Stadt
Crakow mit aller irer kawffmanschafft wy dy auch
genant ist als ander geste thuen dy awsser des zelbign
landes czw polen zitzen vnd wonen ¶ Geschege auch
das dy genanten burger von wyen vnd von Crakow
icht an einander gelden solden vnd schuldigk bliben is
wer mit briffen ader mit gutter erber kuntschafft vnd
gewissen vnd das yn dorumb czw klagen geschege zo sül
len dy purger von Crokaw vnsn burgern von Wyen
yn der zelbigen Stad czw Crakow dorumb ein recht thun
vnd widerfaren lossen forderlich vnd vnvorczogenlich an
alles gefere ¶ Vnd vnser burger von Wyen süllen
den zelbign burgern von Crokaw yn der Stad czw wyen
vmb das egenan gelt auch czw gleicher weiß ein recht
thun vnd widerfaren lossen furderlich vnd vnvorczogenlic
an alles gefere alzo das dy klager czw beiderseit dorumb
vngeclaghafft bleiben mit vrkunst dises briffes vorsigeltn
mit vnsern grossen fürstlichen Ingesigel Geben czw Preß
burgk an der mittwoch noch Sant Blasys tagk Noch
Cristi gebürt dreiczehen hundert yor dornoch yn dem virey
vnd sechczigsten yore Vnsers alders yn dem drey vnd
czwentzigisten vnd vnsers gewalts yn dem ffierden Jare

Wir der vorgenan Hertzogk Rvdolff stercken disen
brif mit vnderschrifft vnsers zelbes hannt

Privilegium kazimiri Regis Polonie super ius Sextra valuam sutorum ad quod pertinent omnes Sub urbam de Nigra villa de nigra platea de podbrzeze Etiam vbi plaustrarii Iudicari debent Item depositorum super pilos Capraum wr Czigenhor Item de gerada sup que bona vxoris defuncte debent cedere Et est vicesimum in Signatura privilegiorum

363

In nomine domini Amen Noverint quibus expedit vniuersi tam presentes quam futuri Quod nos kazimirus dei gracia Rex polonie Nec non terrarum Crac Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie pomeranie Russie et dominus et heres Diversitatem Iurium temporalium que inter Incolas Civitatis nostre Crac et ipsius Suburbia specialiter ante portam Sutorum hactenus viguerunt et multum discrepare videbantur sub potestate vnius Iuris et Iudicii ponere et perpetue conservare volentes vt ex eo ipsi civitati et vtriusque incolis perpetuus honor et profectus crescat et augeatur Easdem villas et possessiones nostras infrascriptas Czarnawies Czarnawrzga et podbrzeze eidem Civitati Cracovien ante dictam portam Sutorum adiacentes pro vt dicte ville seu possessiones in suis circumferencialibus insigniis distincte noscuntur ab antiquo cum omnibus et singulis incolis ipsarum pro vt ad Iudicium Castri nostri Crac retroactis temporibus noscebantur pertinere Iudicio theutonicali et potestati honestorum virorum Consulum ipsius Civitatis Crac vendidimus pro Centum marcis grossorum pragensium numeri polonicalis 48 gr. pro qualibet marca computan et tenore presencium

Racōn huiusmodi Judicij Jurisdicionis et potestatis
perpetuis temporibus vendendo subicimus ascribimus an-
nectimus et incorporamus Jta qd idem incole villarum
predictarū pro causis magnis et paruis non coram aliquo
alio nisi coram consulibus sepedicte Ciuitatis Cracouien
qui pro tpe fuerint aut coram aduocato ipis per eosdem
deputato eo Jure quo gaudent incole ipius Ciuitatis Crac
respondere teneantur de quibus eciā Jncolis ipi Consules
oms penas magnas et paruas pro se recipiendi plenam
habeant potestatem Censū vero annuū in eisdem villis
pro vt alias tollebatur pro nobis et nostro thezauro ppetuis
temporibus complete reseruamus ¶ Circa quam vendicōem
et empcōnem eius Jurisdicionis supradicte specialiter fuit
expressū qd super omnibus discordijs et controuersijs Ju-
dicialibus que inter ductores lignorū seu plaustrarios
eorū qz socios wlgari Theutonico flosser nominatos quocu̅
modo intra limites dictarū villarū emerse fuerint igitur
influuio visle ad Judiciū Castri Crac seu ad procura-
torem qui pro tempore fuerit Jnquantū aut in littore
siue in terra fuerint exorte ad Judiciū seu Jurisdicionē
Consulū Ciuitatis Crac sepedicte sentenciandi et pu-
niendi plena potestas eorundem perpetue debet pertinere

Deposicio Czigenhor

¶ Preterea in publicū deducimus per pntes vt effectualiter
appareat quia Ciuitatem Crac et incolas in ea degentes
sepedictos gracia prosequimur et fauore speciali Ex mue
de benignitate nostra regia damus depositū qd wlgariter
dicitur nyderloge ipi Ciuitati ad honorem et omnibus incolis
ipius ad vtilitatem comodū et profectū de omnibus pilis
Capratum wlgariter dictis Czigenhor venientibus

de Terra nostra Russie et presertim de Ciuitate nostra
lemburgen omnibus et singulis regni nostri incolis de
quibuscumque Ciuitatibus seu locis fuerint dictos pilos
emendi et in Crac deponendi vel incolis dicte Ciuitatis
vendendi plenam tradimus facultatem Ita quod huiusmodi
pili non alias nisi in ipsa Ciuitate Crac nomine veri
depositi per quemlibet mercatorem debent deponi Et ab
inde sub priuacione omnium bonorum publice vel occulte
per quempiam non abduci Sed ibidem omnes tam diuites
quam pauperes intra muros Ciuitatis Crac duntaxat
et extra ad gremium ipsius Ciuitatis pertinentes qui cum
eisdem laborare voluerint pilea seu alia quecumque negocia
conficiendo in quibus ipsorum investigare poterunt melio-
racionem Ex nunc laborandi et conficiendi perpetuis tem-
poribus plenam habeant potestatem ¶ Ceterum per-
petue memorie omnium et singulorum presentibus declaramus
quia laudabiles viri Consules Ciuitatis Cracouien
sepedicte ipsorum innata prudencia presencia et futura
sane pretendentes ad tollendas dubietates de remanen-
tiis mortuorum supellectilium que wlgariter gerada
nominantur super quibus sepissime altercacionibus et
dispendioso tedio occupabantur ob laudabilem consuetudinem
que pro iure poterit obseruari quosdam articulos infra
scriptos pro se et suis successoribus ac Communitati Ci-
uium ipsius Ciuitatis Crac perpetuis temporibus obseruan-
dos dictauerunt Petentes humiliter eosdem articulos
per nostram maiestatem approbari et confirmari quorum
articulorum sentencia dinoscitur esse talis ¶ Quod
quandocumque vxor alicuius ciuis Cracouien decesserit

gerada
paraferna
lia

Ab hac luce tuc omnia Suppellectilia non ad aliquem
aliu nisi ad maritu et pueros ipius cuiuscumque sexus
fuerint debent pertinere alijs omnibus propinquis ex-
clusis Si vero pueri non fuerint ex tuc omnia suppel-
lectilia que predicta vxor mortua ad maritu eius ap-
portauerit vel etia dictoru suppellectiliu remanentie
sorori dicte mortue aut cognate ipius in linea con
sanguineitatis propinquiori de Iure presententur
¶ Si aut aliquis viroru prima sua vxore defuncta
et secunda et contraxerit cu tercia idem qz vir procedat
ab hac vita ex tunc omnia suppellectilia que ipsorum
tpe per eos conquisita sunt parte ab vtraqz non ad
aliu nisi ad solam relictam deuoluentur et ptinebut
Condicione cuiuslibet penitus quiescente ¶ Nos
vero considerantes supradictos articulos multum
bene fore dictatos et communitati Ciuitatis Crac
predicte congrue necessarie approbatos ad Instantes
peticiones Consulu predictoru de benignitate nra
Regia ipos articulos vna cum omnibus alijs pmissis
approbamus ppetuamus et pntiu tenore confirmamus
Harum quibus Sigillu nostru est appensu testio litteraru
Act Crac in octa Epiphanie anno 1363 psentibus hijs
testibus Johe castellano Crac Johe palatino Sandomirien
Johe Cancell Crac Petro woynicen Zawissio
Sandecen castellanis et Bodzantha procurat gnali
et alijs quampluribus testibus fidedignis Dat per
manus domini Johannis Cancell Crac supradicti
Scriptum autem per Nicolaum Bohemu Notariu
Curie nostre Canonicum Ecclesie Wysliciensis

Priuilegiu Lodouici Regis Hungarie In quo post conuentioz habitaz cu Kazimiro rege Polonie dat incolis regni polonie per totam vngaria cu bonis eoru liberu transitu solutis antiquis tributis Erga depositorio Casschovien satisffacien per triduu quos et protegere promittit Et e in signatura vicesimu primi

1368

Nos Lodouicus dei gratia Rex Hungarie et Notum facimus vniuersis presens scriptu inspecturis qd quextione vna cu Serenissimo et Magnifico Principe domino Kazimiro Rege Polonie fratre et avunculo nostro charissimo habita et firmata regnicolarumq nostrorum vtrimq commoditate pensata ordinauimus et vnanimi voluntate inter nos et inuicem decreuimus Promitten Rex Lodouicus prefatus bona fide et absq omni dolo quod omnibus mercatoribus et forensibus hominibus de Regno Polonie et eius partibus ad regnu nostrum Hungarie cu auctore dno feliciter presidemus venire et confluere volentibus usq ad Casschouiam liberam viam dabimus et securam qui solutis iustis veris et antiquis tributis seu theoloneis in locis veteribus solui et dari consuetis illis presertim que tpe quondam Illustris principis domini Karoli olim Incliti Regis Hungarie genitoris nostri charissimi clare recordacionis solue bantur dum ad Ciuitatem predicta Casschouien peruenerint et ibidem tribus diebus integris commorantes et res merci moniales per ipos ibidem vendicioni exponendas quas exponere tenebuntur nullus mercator seu alij cuiuscumq condicionis homines de dicto Regno vel alij extranei

Et alienigene medio tempore comparare voluerint ex-
tunc quinto die a prima die incipiendo seu numerando
qua predictam Ciuitatem intrauerint quocunque ma-
luerint per totum regnum nostrum et extra libere vadant et
proficiscantur merces ipsorum vendentes et alias ementes
iuxta voluntatem eorum atque nutum tributis seu theoloneis
antiquis vt premissum est solummodo persolutis ¶ Item
promittimus eidem fratri nostro cum omni sinceritate quod
tributa seu theolonea per nos seu nobis subiectos usque ad
presens de nouo si qua adinuenissemus vel fieri fecissemus
et hoc mercatores vel forenses homines et Ciuitatenses
regni polonie mediantibus suis aut antiquorum hominum
testimoniis possent et poterint comprobare illa cessari et
anullari faciemus nec amodo in antea tale tributum seu
theoloneum adinuenire vel fieri facere debebimus ad damp-
num eorundem Promittimus etiam eidem domino regi fratri nostro
vt si que tributa seu theolonea adinuenerimus vniuissemus
seu transferri et coniungi fecissemus illa ab inuicem separando
ad pristina loca reduci et remitti faciemus ¶ Hoc adiecto
quod mercatores et alios cuiuscunque status homines regni Po-
lonie predicti sacre Regie corone fideles qui ad regnum
nostrum confluere voluerint soluentes eorum iusta tributa seu
theolonea protegere debebimus atque defensare sicuti homines
dicionis nostre subiectos quod idem frater noster rex Polonie
nostris hominibus in Regno Polonie et suis dominiis facere
tenebitur viceuersa In cuius rei testimonium et fidem
premissorum presentes concessimus litteras nostras pendentis
et autentici Sigilli nostri munimine roboratas Datum
Bude 25 die februarii Anno domini Millesimo cccc sexagesimo
octauo

g

h

Priuilegiu(m) Lodowici Hungarie et Polonie Regis super liberu(m) transitu(m) in Leopolim et inhibicio(n)e Bohemis Morauis Slezitis et Prutenis et signant(er) Thorunen(sibus) et est in ordine 23 q(uia) 22 priuilegiu(m) est cancellatum

1372

Nos Lodowicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmatie etc. Notum facimus Vniuersis et singul(is) quibus expedit presencium per tenore(m) quod nos quos diuine dispensationis clemencia plurimoru(m) Regnoru(m) et gencium gubernaculis et regimini extulit et prefecit Cupient(es) ex animo vtilitati et quomodo omnium et singuloru(m) nostroru(m) subditoru(m) fidelium sollicite ac diligent(er) inuigilare et ea que ipsoru(m) status reformacionis honoris q(ue) et vtilitatis augmenta conspiciunt tanto propensius circumspectionis nostre studio efficaciter promouere quanto ex hoc et regale decus alcioribus preconijs extollitur et ipsoru(m) fideliu(m) deuocionis sinceritas ad exhibenda seruicia gratuita Regie maiestati feruencius excitatur Ea propter volentes quomodo et profectu(m) fideliu(m) nostroru(m) Regnicolaru(m) Regnoru(m) nostroru(m) videlicet Hungarie et Polonie specialit(er) de Regie pietatis clemencia graciose prouidere et eosdem fauoribus decorare graciosis

J

Vniuersis et singulis dictoru(m) Regnoru(m) Hungarie vi(delicet) et Polonie mercatoribus Regnicolis et incolis damus attribuimus et graciose concedimus liberu(m) et pretiu(m) transitu(m) ad Ciuitatem nostram Lemburgen(sem) ac ad alias partes quaslibet et prouincias terre nostre Russie cu(m) mercibus seu mercimonialibus rebus cuiuscumq(ue) generis speciei coloris seu manerie p(er)

Existant emendis seu comparandis vendendis pariter et commutandis ac ipsorum commercia ibidem exercendendis absque impedimento aliquali Huiusmodi tamen transitum ceteris mercatoribus extraneis vt puta Bohemis Moravis Slezitis prutenis Signant aut Thorunenz precludimus et perpetuo prohibemus sub privacione personarum et rerum suarum mercimonialium quas tales mercatores extranei tamquam mandati nostri transgressores penes se dinoscuntur habere In cuius rei memoriam perpetuam et firmitatem presentes litteras nostras privilegiales eisdem concessimus sigilli nostri maioris et autentici simplicis appensione muniminie roboratas Datum wyssegrad sexto die mensis augusti Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Secundo etc.

Privilegium de Conventu Swierzinicien super commutacione pascue ante valuam Sutorum pro domo lapidea in Civitate Crac sita de pastoribus et solucione pasture et censu eidem conventui dari solito et est 24m

1366

Ad perpetuam rei memoriam Noverint tam presentes quam futuri quibus expedit vniversi Quod nos vlricus prepositus Clara Priorissa totusque Conventus Sanctimonialium Monasterii Swierzinicie prope Civitatem Crac ordinis premonstraten Consensu vnanimi parili que assensu pascua nostra ad ipsum Monasterium nostrum ab olim pertinencia inter idem Monasterium et dictam Civitatem situata ac horreum latericium in eisdem pascuis contentum pro vt eadem pascua

Per sua circumferencialia insignia cum honorabilibus viris videlicet Johanne Horgk dapifero Sandomiriensi Pacussio de apperies Nicolao plesner Barthkone Monetario Conrado Fetter Ulrico Pacussy Ottone Westwal ac Ulmano leytman dicte Consulibus Civitatis Cracovie notabiliter limitanda ¶ puta incipiendo a flumine Visle ascendendo versus Swiezzinciam fossatum circa quem molendinum decrevimus instaurandum et ab eodem fossato versus nostram pistrinam et ab inde ad novum fossatum versus allodium Ottonis vestwali predicti quem fossatum fodi ac citi dicti domini Consules procurarunt et deinceps ab eodem fossato circumgirando ad flumen rudawa quod transit super molendinum henconis Czwdicz et ulterius ad septa ingre ville que inquam intersignia seu granicie ad maioris cautele perpetuitatem sunt per memoratos dominos Consules quibusdam lapidibus qui wlgariter dicuntur werglstiner consignate ipsi dicte Civitati Cracovie et ipsius incolis iuste commutationis titulo pro quadam domo lapidea in eadem Civitate contenta dedimus et presentibus irrevocabiliter damus attribuimus annectimus et perpetuo incorporamus libere resignando per eandem Civitatem ac eius Incolas dicta pascua et horreum cum omnibus et singulis eorum utilitatibus que sunt vel fieri possunt usque in futurum quolibet tenenda habenda utifruenda Iure quoque hereditario quiete ac pacifice possidenda Nec non in usus quosvis voluntarios liberaliter guertenda ¶ Eo tamen moderamine clarius interiecto quod pecudes et pecora dicti monasterii atque ortulanorum nostrorum circa ipsum monasterium residencium inquantum prius habebimus

Et tenebimus pastores libere et licite debebunt pasci
absque solucione cuiuslibet precii pastoralis Civitatis
Si vero pro pascendis eiusdem nostris pecudibus aut pe-
coribus pastoribus utemur civitatis extunc pastoribus
eisdem ad solvendum precium seu mercedem ipsorum subiri
volumus et astringi. Istis eciam consideratis appli-
catis quod de supradicto horreo plerumque dicta Civitas
Crac nobis et nostris veris sequacibus tres marc polo-
nicales census annui et perpetui annis singulis censu-
abit deposito vero priori toto censu quem in pipere
et sepo annuatim usque modo recipiebamus Ita quod eundem
censum ex nunc in eternum cassamus vigore presencium et irritu-
revocamus In cuius rei certitudinem ampliorem Sigilla
nostra presentibus duximus appendenda Actum et datum Crac
Sub anno domini millesimo Trecentesimo Sexagesimo sexto
feria Secunda proxima post dominicam quasi modo geniti
presentibus Reverendis ac honorabilibus viris dominis Johanne
Decretorum doctore decano et Cancellario Bodzantha
procuratore generali Cracovien Fritzkone de noua domo
familiare eiusdem domini bodzanthe et thomkone nossako
viceprocuratore Zarnovien ac aliis pluribus fide dignis

Privilegium Elizabeth Senioris Hungarie et polonie
Regine Super deposicione omnium rerum venalium
Civitati Cracovien data in comodum et profectum
et est 25 in ordine et Signatura privilegiorum

Noverint universi presencium noticiam habituri Quod
nos Elizabeth dei gracia Senior ungarie et polonie
Regina cupientes Civitatis nostre Capitalis et

M

N

1372

O

Excellencioris videlicet Cracouien in Status disposicione fieri temporibus gubernacionis nostre condicionem meliorem et honestam deposicionem omnium mercimoniorum et rerum venalium cuiuscunque generis speciei coloris estimacionis et precy existant de vniuersis mundi partibus in dictam Ciuitatem venienciu in iamdicta Cracouien Ciuitate nostra facimus constituimus et ordinamus secundum quod fuit temporibus Serenissimi principis domini kazimiri felicis recordacionis olim Regis polonie fratris nostri charissimi obseruatum et tentum ¶ Adhibentes nostro Regio edicto omnibus et singulis mercatoribus et negociatoribus vniuersis tum eorum mercibus in memoratam Cracouien Ciuitatem venientibus quatenus omnia ipsorum mercimonia et res venales vniuersi generis ibidem in Ciuitate Cracouien statuant et deponant In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Actum et datum in Czchow dominica die proxima post diem beati allexy Anno domini Millesimo trecentesimo Septuagesimo Secundo presentibus Nobilibus viris dominis Johanne Castellano Nicolao Judice Crac Raphaele wislitien Andrea Zarnowien castellanis et aliis fidedignis

Priuilegium lodovici Hungarie et polonie Regis Super depositione omnium rerum venalium in Crac Ciuitatem inductarum eidem Ciuitati perpetuo datum Et est in ordine et Signatura vicesimum Sextum

1372

Nos lodouicus deigracia Rex Hungarie polonie dalmacie etc Notum facimus vniuersis et singulis quibus expedit presencium per tenorem quod cum regie speculatoris

Et sollicitudinis esse debeat invigilare propensius de
comodis subditorum et quieti et eos prosequi munifi-
centius ampliori dono gratie specialis ut tanto ex fi-
delibus fideliores et devociores se exhibeant ex devotis
quanto pocioris largitatis beneficio ex regali provisionis
liberalitate eos contingerit copiosius insigniri. Ea propter
nos considerantes sincere fidei et invariabilis fidelitatis
devocionemque quam fideles nostri dilecti cives et hospites
Cracovienses semper cum omni puritatis affectione ad nostram Ma-
iestatem habuerunt et ex nunc habere probabiliter et ef-
ficaciter demonstrarunt veluti quos in omni fidelitatis fer-
vore stabiles et in laudabilium operum exhibicione efficaces
semper reperimus inconmutabiliter persistentes ut igitur ipsorum
fidelitatis commendanda devocio premio gratuito regie
remuneracionis compensetur volentes et ex animo cupientes
predictam nostram Civitatem eius quoque cives mercatores et
incolas et habitatores universos favore regio prosequi
speciali et eorum comoda utiliter adaugendo singularique
privilegii libertate eosdem munifice decorare quatenus ipsi
nostro felici tempore certis specialibusque prerogativarum titulis
se senciant decencius insigniri et in nostre maiestatis
beneplacitis ferventiusque persistentes bonis pocioribus auge-
antur ¶ Eidem Civitati eiusque civibus mercatoribus et
et incolis universis hanc graciam duximus faciendam spe-
cialem infrascriptam ut universa et quelibet mercimonia
omnium rerum venalium cuiuscumque maneriei vel speciei ge-
neris vel coloris existimacionis seu precii existencia que
de universis prussie partibus et signanter de thorun
in ipsam Civitatem nostram Cracovien per quoscumque

dictarum parcium mercatores deferunt in eadem Ciuitate Cracouien deponere debeant et vendere teneantur non audendo vlterius seu extra ipsam ciuitatem Crac procedere cum mercimonys eorum prefatis In cuius rei memoriam perpetuam ac firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales eisdem concessimus Sigilli nostri maioris et autentici simplicis appensione munimine roboratas Dat in Wyschegrad sexto die mensis augusti Anno domini 1372

Priuilegium Alexandri ducis podolie quod Crac mercatores possunt secure in et per prouinciam suam perpetuo Et est vicesimum septimum in ordine

1375

Wir Alexander von gotis genoden Hertczugk czw Podolien bekenne offentlich allen den das gehoret zy sint kegenwertigk ader czw kunfftigk das wir mit bedochtim mutte vnd reyffem rote angezehen den getrewen dinst vnd beheglichkeit der erbern lewt vnd purger czw krakow dy zy vns beweyset haben mit fleysse von vnsirm erstin bekentnisse bis her vnd noch czw kunfftigk got gebende beweisen werden vnd geben verleyende von sunderlichir genode ewiglich den zelben burgern czw krakow yn allem vnsirm lande vnd durch vnser landt wo hinwert sy welln yn gewonlichen rechtin wegen vnd auch aws vnserm lande sicherlich vnd frey czw czihen vnd czw kawffslagen an alles hinderniss zo das sy newn aldten gewonlichen rechtin czol gelden vnd geben sullen vnd gelobin vnder dem worte vnser furstlichin wirdikeyt zu dy zelbigen burger von krokaw vnd ire gheuth

Similem assecuracionem Constantini ducis podolie vide folio 142 litterarum ff

Beschirmen yn unserm lande und doraws und vor
gewalt und gewaldigem schadem mechtiglich behaldn
In welches dinges gezugnisse und befestunge habe
wir geboten dise kegenwertige briffe bestetigen und
befesten mit anhengunge unsrs yngesigels Gegebn und
geschn czw krokaw Am nehstn montage noch mitfastn
noch der geburt unsrs Jhu cristi ym dreitzen hundertstn
und funff und zibentzigsten Jor

Privilegiu Lodowici Hungarie et Polonie Regis in
Juramentu per Cives Cracovien sibi prestitu certu
eisdem In quo Confirmat omes libertates privil
Civibus Cracovien datas promittens eciā nullas
exactiones aut datas inconsuetas unqz recipere Etiā
Cives bochnien versus Thorun transeuntes super
Cracoviā et non alias ire debent et est 28 in ordie

1375

In nomine domini Amen Quamqz regie celsitudo digni-
tatis cunctos sibi subiectos teneatur benignius prosequi et
respicere oculo continuo gracioso illos tamen precipue
qui exaltacioz status et honoris regni ferventibus de-
sideriis amplectuntur et quorum fides amplior comprobatur
operibus propensionem affectus tenentur ostendere et
gracia ampliorem Hinc est qd nos Lodowicus dei gra
rex Hungarie Polonie Dalmacie etc Ad noticiaz pntium
et futurorum cupimus devenire Qd fideles nostri Con-
sules Cives et tota universitas Civitatis nostre Cracovien
Inter cetera fidelitatis eorum laudabilia insignia quibus
nobis semper tempore Illustrissimi Principis dni Kazimiri

Olim Regis polonie fratris nostri charissimi recolende
memorie et nūc studuerūt complacere non coacti non
allecti nec compulsi sed ex libera bona ipsorū voluntate
consensu et animo beniuolo pro nobis et filiabus nr̄is
ingenuis katherina Maria et hedwigi nūc natis et
nascendis tacto viuifice crucis ligno corporali prestito
Juramento sub ista condicione omagiū fecerūt qd si
quod absit de mea stirpe gen[er]is masculū nō producetur
tūc vni filiarū mearū quam in regnū polonie dederimus
et ipsius posteritati que ex ipsa producetur sub eodem oma-
gio et Juramento qd nūc fecerūt et bona fide spopon-
derūt seruire et obedire sicut dn̄o eorū naturali sine aliq[uo]
fraude deberent et essent astricti Si aūt eadem sine prole
decederet alteri filie nostre et si quod absit ipsa similimodo
decederet sine prole tercie Et ceteris ipsarū prolib[us] Ita
vez qd nunq[uam] a nostra prole et posteritate eius recederent
sed circa ipsam perpetuis tp̄ib[us] p[er]manent Ideo nos p[ro] tanta
eorū fidelitate et libero animi proposito volentes eorū
beniuolenciā liberalitate regia compensare tenore p[rese]ncium
promittim[us] et spondem[us] verbo nostre Regie maiestatis
memoratos Ciues nr̄os Cracouien[ses] circa Jura et liberta-
tes ipsorū in omnibus et singulis suis priuilegialib[us] Wla-
dislai Aui et kazimiri auunculi nr̄orū quondam regum
dicti Regni polonie necnon karoli genitoris similiq[ue] nr̄is
ac dn̄e Elizabet genitricis nostre dilecte necnon Andree
et Stephani ducū fratrū nostrorū in octauis festi beati
Andree ap[osto]li in wyssegrad Anno dn̄i 1339 emanatis
contenta et expressas ac in eisdem promittim[us] pro nobis
et nostris successoribus inuariabiliter obseruare nec eisdē

Ciuibus nostris Iura et libertates eorum predictas vllo
modo infringere nec minuere cupientes sed potius re-
spectu memorate eorum fidelitatis augere volentes et
magnifice sublimare ¶ Tollentes etiam prorsus ab
eisdem Ciuibus nostris Cracouien omnes et singulas col-
lectas exactiones et aggrauaciones indebitas et insuetas
quibus per nos aut quosuis nostros successores possent
aliqualiter agrauari et ipsos dimittere volentes circa
eorum consuetam et solitam libertatem et Iura vt predicitur
et quod nobis et nostris dictis successoribus tamen ea soluent
et dent que consueuerunt soluere ab antiquo ¶ Insuper
vero volumus illud inmutabiliter obseruari quod omnes
et singuli mercatores de bochna versus Thorun tran-
seuntes cum ipsorum mercibus nullas vias extraneas nisi
per Cracouiam sub perdicione rerum et mercium omnium quas
penes se ibidem demonstrauerint habere audeant proficisci
In cuius rei memoriam et firmitatem presentes concessimus litteras
nostras priuilegiales pendentis Sigilli nostri autentici et
simplicis munimine roboratas Datum per manus Venera-
bilis in Cristo patris domini Valentini Episcopi Ecclesie quinqueecclesien
Doctoris decretorum et Aule nostre Vicecancellarii dilecti
et fidelis nostri Bude in crastino festi beati michaelis Ar-
changeli Anno domini 1375 presentibus Venerabilibus In
Cristo patribus dominis Thoma archiepiscopo Strigonien loci e-
iusdem comite perpetuo ac ladislao vesprimien et Johanne Waciens
Ecclesiarum Episcopis Necnon Illustri principe domino ladislao Duce
Opolien et Welunien domino ac terre Ruthenie de viris magnificis
Comite Iacobo de Scepus Iudice Curie nostre ac non Emerico
predicto palatino et Nicolao de Zeech quondam Bano aliisque quam multis

Privilegium kazimiri Regis polonie In quo mandat omnibus theolonaryis per terras eius constitut et Signant' in Czzeschow et lubaczow ne a Crac Ciuibus aliquid capiat theoloneum et est 29 in ordine

dat 1360

Kazimirus dei gra rex polonie suis fidelibus omnibus et singulis theolonaryis per terras nostras vbilibet consti-tutis ad quos presentes peruenerint graciam Regiam et fa-uorem vobis omnibus et vestrum cuilibet et precipue Czze-schow et lubaczow qui talia attemptare presumitis sub obtentu gracie districtius precipimus et mandamus quatenus ab omnibus mercatoribus equestribus siue in equis transeuntibus de Ciuitate nostra Cracouien qui tamen pecunias secum non ferunt ac eciam ab eorum curribus ex-pensas duntaxat ducentibus nullatenus aliquid theolonei requirere aut exigere presumatis ipsos in transitu et re-deundo transire quociens oportunum fuerit libere per-mittendo Si quis autem secus fecerit se indignacionem gra-uissime nostram nouerit incursurum Dat Crac in octaua petri et pauli apostolorum beatorum nostro Sub Sigillo tergo-tenus presentibus in testimonium Annexo Anno domini 1360

Privilegium Boleslai ducis Mazouie Super liber-tate transeundi per terram suam in terra et fluuio cum mercibus Ciuibus Cracouien et Sandomirien data Soluto Theoloneo antiquo vz duos scotos a quolibet equo Et est in ordine Tricesimum

Boleslaus dei gracia dux Mazouie honestissimis viris
Aduocato Crac et Sandomirien et Ciuibus vniuersis
ibidem Salutem et sincere dilectionis amplexum licet
nre dominacionis prelacio ad hoc sit naturaliter insti-
tuta vt mundo proficiat vniuerso illis tamen specialius
acclinatur quorum fauore et amore crebrius consolatur
Nos itaque moti bonitate nobis naturaliter insita placere
cupientes dilectissimo fratri nostro wladislao dei gracia
inclito duci Crac et vestram pro nobis amiciciam com-
parare vobis omnino singulis et singulariter vniuersis et
omnibus vris socijs sodalibus et amicis vndecumque veniat
cuiuscumque generis vel condicionis existant in terra nostra
damus concedimus et largimur omnimodam securitatem ve-
niendi recedendi ambulandi mercandi et omnium merciu
genera deferendi quocumque placuerit siue per aquam naui-
gio siue in terra pedagio siue in curribus et in equis cum
mercibus quolibet abeundi et vobiscum talem graciam facim
in presenti quia duos scotos ab equo quolibet nobis pro the-
oloneo soluetis sicut fuit solutum et solitum ab antiquo
et cetera presentem paginulam nostri sigilli munime roborat

Confirmacio kazimiri Regis polonie super reduccionem
fluuij visle ad pristinum statum et est 2i in ordine

Nos kazimirus dei gracia Rex polonie ad noticiam vniuersorum volumus deuenire quod ordinacionem per nostrum fide-
lem bodzantham procuratorem generalem terrarum Crac
et Sandomirie cum prouidis viris nostris fidelibus consulibus

3

Cracovien super fluvium Wisle ad pristinum transitum reductione factam ratam et gratam facimus promittimus observare In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus appendendum Act et dat Crac feria sexta post dominicam qua cantatur Misericordia domini

Confirmacio Wladislai Regis Polonie Super libertate Theolonei iuxta antiquam donacionem ducis lestkonis Ciuitati Crac dat et est 3a in ordine

1320

Nos Thomislaus palatinus Sandomirien Recognoscimus vniuersis presentium noticiam habituris et publice protestamur quod honorabiles viri Consules Ciuitatis Cracouien videlicet Gerossius Michel grow Nicolaus Ruthenus Theodricus Tharthanus Iohannes morici et hermannus dictus grabowsky venientes ex parte tocius Ciuitatis predicte in nostra presencia coram Generoso Principe wladislao dei gracia dicto Rege Polonie priuilegia ipsorum ducis lestkonis felicis memorie super theoloneis ostenderunt in quibus continebatur quod prefati Ciues Crac cum mercibus eorum et curribus per terras ipsius transeuntibus ab omnibus theoloneis penitus sunt liberi et exempti Circa que priuilegia predecessorum suorum et ciuitas Theoloneorum libertates intendens pauperum promocionem vt per hoc melius sublevientur dictos Ciues permanere dominus noster Rex prelibatus admisit volens vt gaudeant Theoloneorum pristina libertate In cuius rei euidenciam pleniorem nostrum sigillum presentibus fecimus appendi Datum et Actum Cracouie Anno domini Millesimo trecentesimo Vicesimo

Priuilegium ducis Chinen super securitate transeundi per terras suas Et promittit etiam neminem aliquibus theoloneis grauare quam securitatem prius se nolle infringere Promittit nisi literis suis renunctiet et est 33m

Dat 1311

Nouerint vniuersi ad quorum notitiam presens scriptum deuenerit quod nos Troy dei gratia dux Chinen et dominus Cerzechouien promittimus fide nostra et damus plenam atque firmam securitatem omnibus Ciuibus Cracouien seu Sandomirien intrandi transeundi et exeundi cum mercibus ipsorum quibuscunque siue bonis tam in terra quam super aquas nauibus ac curribus quocunque tempore siue quandocunque ipsis placuerit saluis rebus ipsorum omnibus ac personis Et Insuper quicunque mercatores de quibuscunque regionibus partibus siue Ciuitatibus in ipsorum societate vel comitiua fuerint vel merces in eorum naui siue nauibus habuerint eandem super fidem nostram debent habere securitatem in nostro dominio vndique ac vbique promittimus Insuper neminem iniusta theolonei quantitate pregrauare sed secundum antiquam institucionem iusto curatori theolonico contentum fore debere Predictam vero securitatem non prius infringemus nisi per nostras literas vniuersitati vestre renuntiare studebimus Et ne alicui ex vobis super hiis dubium oriatur presentes nostri sigilli munimine mandauimus communiri Datum in Chirnsko die dominico quo cantatur Inuocauit Anno 1311

C

Promissio plebani ad Sanctum Jacobum extra Cracouiam Legendi in vigiliis collectis exactionibus et pro quadam Area quam sorori sue emerat et in ordine 34tum

Dat 1313

Noverint universi ad quos presentes pervenerint Quod ego Johannes Rector Ecclesie Sancti Jacobi ante Civitatem Cracouiensem et plebanus presentibus me obligo et promitto fide bona absque omni dolo in vigilijs collectis servicijs exactionibus et dacionibus quibuscumque racione cuiusdam partis aree per me empte apud Goffridum de missa civem Cracouiensem pro katherina sorore mea cum Consulibus et Civibus et Civibus Civitatis Cracouiensis sine omni contradictione deservire et facere omnia civitatis Jura que racione acte partis me contingent In cuius rei testimonium presentibus Sigillum meum appendi Datum apud Crac Anno domini millesimo trecentesimo tredecimo proxima feria sexta post diem Beati Jacobi apostoli

Promissio Wilczkonis de Birkow ad omnia onera Civitatis ex parte hereditatis sue circa Sanctum Egidium et est in ordine literarum et signatura tricesimum quintum

1343

Noverint universi quorum audiencie presentes fuerint devolute quod nos wilczko Subdapifer Sandomiriensis et heres de Byrkow promittimus in hijs scriptis firmiter et spondemus Honorandis et famosis viris dominis Consulibus ac Civitati Crac ad omnia Jura civilia in Custodijs vigilijs exactionibus collectis seu solucionibus alijs quibuslibet de hereditate nostra circa Sanctum Egidium sita faciendum sicut ceteri cives Crac facient et primitus facere consueverunt et hoc dilacione qualibet que bonum pacis requirentes non obstante Datum Sub Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio in Crastino Sancti Bartholomei Apostoli

Promissio Nazan prepositi wislicien ex parte Aree quam habet ad omnia Jura Ciuitatis et cetera 36m

1337

Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri quod Nos Nazan prepositus Wislicien et Canonicus Cracouien promittimus viris infrascriptis Consulibus Ciuitatis Crac omnia Jura et soluciones quocumque nomine censeantur que nos ex parte Aree quam habemus contigerit integraliter soluere et complere In cuius rei testimonium presentes fieri et nostri Sigilli munimine iussimus roborari Actum et datum Crac Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo Septimo In vigilia Sancti martini episcopi presentibus honestis viris Nicolao dicto de zawychost Nicolao pensatore hankone Romancz Janussio de nyssa et alys quamplurimis fide dignis

De domo prope Ecclesiam Sancte Crucis Crac sitam ad quam episcopus et ecclesia Crac nichil habet Juris 37

1351

Nos bodzantha diuina et apostolice sedis prouidencia episcopus Crac notum facimus vniuersis presencium noticiam habituris quod in area et domo quondam alexandri Canonici Crac sita prope ecclesiam Sancte Crucis Crac quam nunc dominus Johannes cantor wrat et canonicus Crac inhabitat ecclesiam quesiuit et conduxit a Consulibus ciuitatis Crac pro certa pensione pecunie temporibus vite sue tenendam Nos et ecclesia nostra nichil Juris penitus habemus nec super edificiys quibuscumque que predictus dominus Johannes in eadem area edificauerit post decessum ipsius quemquam hominem volumus impedire In cuius Rei

Testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum Actum et datum Cracouie iiij nonas marcij Anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo primo presentibus Honorabilibus et discretis viris dominis Johanne preposito magistro Petro Cantore Nicolao preposito wislicien et canonicis Crac ecclesiarum et petro rectore ecclesie Sancte Clare

Littera Judicij Banniti Cracouien super mediam marcam Census annui perpetui super domo et area ante portam Sancti Nicolai Ciuitati empta Et est in ordine 38 m

369

Nouerint quibus expedit vniuersi quod Anno domini millesimo trecentesimo Sexagesimo nono feria Sexta proxima ante diem beati Galli confessoris Judicium fuit Bannitum per aduocatum franczkonem theolonatorem et per Septem Scabinos subnotatos videlicet Nicolaum Zupparium Nicolaum ygerinj Nicolaum flenczer Johannem olawia Clemencz de alba ecclesia Johannem putczin et petrum Hwilni Coram quo Judicio Nicolaus Gyzlan molendinator molendini ante et circa portam Sancti nicolai presencialiter constitutus animo premeditato voluntate ex vltronea mediam marcam census annui et perpetui in et super domo sua super fundo aut area ipsius Ciuitatis inter muros ante dictam portam ex opposito Simonis carpentarij situata eidem Ciuitati Crac Jure hereditario perpetue tenendam habendam et possidendam libere resignauit In cuius rei testimonium Sigillum Scabinorum Crac presentibus est appensum.

Littera Conuentus Sanctimonialium in Swyerzinecz Super

Folium 32

39

Sex marc census annui perpetui per modum commutacionis Ottoni Westwal civi Crac pro allodio venditi 39m

1372

Ad perpetuam Rei memoriam Noverint quibus vnquam
esse poterit oportunum quod nos Olucy prepositus Crayna
priorissa Sancka subpriorissa totusque Conventus S
Sanctimonialium monastery Swierzinicie prope Cracoviam
Civitatem ordinis premonstraten manu coniuncta vnanim
imbus consensu pariter et assensu etiam consiliis circumspectorum
hominum ad hoc previis plurimorum Sex marc grossorum pragensium
denariorum Census annui et perpetui quatuor tres habuimus
et possedimus in et super dicta Civitate Crac racione
horrei laterum quodam super pascuis nostris inter ipsam civitatem
et ipsum monasterium nostrum contenti et locati Residuas
que tres marcas in et super molendino dicto populariter
Czwdzicz in fluvio Rudawe prope dictam Civitatem Crac
situatum Provido viro Ottoni Westwal civi Cracoviensi
vere Juste que commutacionis titulo pro allodio suo cum
omnibus et singulis ipsius pertinenciis puta agris equis pecoribus
iumentis segetibus et ceteris quibusque rebus pro ut idem Otto id
ipsum allodium in villa nostra Swierzinicia locatum pro tunc
possidebat vendidimus invisceratas annectimus et vigore presencium libere
resignamus per eundem suos heredes legittimos que successores casu
Sex marcas census annui et perpetui tenendas habendas tollendas utifruendas
et Jure hereditario perpetuo possidendas pacifice Nec non in vsus
prorsus quoslibet hereditarios voluntarios pro sua atque sue vere
posteritatis voluntate convertendas In cuius rei testimonium
sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum Sabbato sub O
ctavis Corporis Cristi anno eiusdem millesimo ccc lxxii

Privilegium lodowici hungarie et Polonie Regis In quo admittit vt Ciues Cracouien possessiones Agros hereditates etc infra duorum miliarium spatium vndique ab ipsa Ciuitate emere et possidere possunt et expedicionibus Regalibus ac contribucionibus polonicalibus non sint subiecti Solum collectas et exacciones ciuiles contribuendo Ipsi eciam eorum subditi in quibuscumque causis Iure theutonico iudicantur In dictis eciam eorum bonis spoliatores raptores et incendiarios capere possunt et Iure theutonico sentenciare etc et est 40

378

Nos lodowicus deigracia Rex hungarie polonie dalmacie etc
notum facimus publice vniuersis presentes literas inspecturis
quod licet nos iuxta officij regiminis nostri debitum cunctarum
Ciuitatum nostrarum dicioni Sacre corone subditarum commodo
et profectui debeamus intendere Signanter tamen illius
honori et vtilitati que in prosperis gratuitate et in aduer
sis fidelitate nobis astitit libertatibus munificenciis et ti
tulis prerogatiuarum tenemur inuigilare Consideratis et
attentis fidelitatibus et seruiciorum multorum meritis dilectorum
Consulum et Ciuium Cracouien nobis et dominabus Reginis
Genitrici vz et Consorti Ac Inclitis katherine Marie
et hedwigis filiabus nostris charissimis locis et temporibus
oportunis cum adiectione operum euidenter exhibitis prout
de eis ipsa domina Regina genitrix nostra charissima re
aliter et certissime nos informauit Pensatis insuper eorum
gratam ipsorum affectionem sinceram obedienciam quam ad
nos et ipsas Reginas ac pueros nostros dilectos hactenus
gesserunt et habent habituros eos speramus in futurum
ne ipsorum fidelitates et seruicia nobis et eisdem potissime

Et

de pnti impensa apud nos remaneant inpremiata Vo
lentes ipam Ciuitatem nostram pro tuciori et comodo
siori confirmacione confinium eiusdem graciis specialibus val
lare decorare et predotare vt fideles Ciues Crac nostri
prediti et eorum superstites eo fideliori attendant devocion
quo erga nos se senserint Regio fauore premiatos ¶ Ipis
et eorum ciuibus gniter et sigillatim hanc gracie plenitu
dinem et prerogatiue libertatem habita cum ipis duabus
Reginis Genitrice vz et consorte nris karissimis Prelatis
et Baronibus Regni nostri matura deliberacione et ex certa
Sciencia nostra ac eorundem atque voluntate de plenitudine
nostre potestatis Regie duximus dandam donandam et confe
rendam vt ipi et eorum ciuium pro se et suis heredibus ac
ipsorum posteritates et successores vniuersi perhennibus in
temporibus possessiones hereditates terras agros siluas
nemora prata molendina aquas et alia quecumque bona in
fra duorum miliarium spacium vndique a Ciuitate nostra pre
fata et circumquaque computando distancia emendi com
parandi precio habendi tenendi conseruari possidendi et
fructus earum percipiendi ac in vsus proprios conuertendi Necnon
donandi vendendi commutandi ac quouis alienacionis titulo
prorsus faciendi ¶ Et ipa eo Iuris quolibet theutonico
meidburgen et sub eisdem duntaxat exaccionum seu collectarum
cuiuslibet solucionibus quibus alias hereditates et bona In
ciuitate predicta possident ¶ Omnibus et singulis seruiciis
Regalibus seu expedicionalibus et grauaminibus ac contribucio
nibus polonicalibus quibus consimilium bonorum possessores
grauantur penitus exclusis semper conseruandi tutam plenam
liberam et absolutam habeant facultatem ex annuencia

Et permissione nostra speciali presentibus eis concessa median
¶ Damus etiam et conferimus perpetuo memorate nostre
ciuitati Crac Consulibus et ciuibus hanc graciam
specialem vt causas quaslibet magnas et paruas que in
dictis hereditatibus et bonis aut earum limitibus per et
inter prenominatos Ciues Crac ipsorumque subditos ipsas ve
hereditates et bona colentes emerse fuerint et exorte aut
si quis eosdem nostros ciues aut eorum subditos earundem
racione causarum impediret quomodolibet possint et debeant
pleno Iure theutonico ciuili predicto eorum iudicare ¶
Ceterum vero predicti ciues Crac in eorum possessionibus
hereditatibus et bonis omnibus predictis ac earundem
limitibus infra dictorum duorum miliarium spacium vbilibet
contentis omnes et singulos prauos homines spoliatores rapto-
res fures Incendiarios ceterosque cuiuslibet generis ma-
lefactores cuiuscunque status aut condicionis existant iuxta
excessus eorum et delicti qualitatem Iuris eorum predicto
theutonico sententiare et Iudicare debeant et poterint ac
alia omnia et singula facere que circa huiusmodi fue-
rint oportuna In cuius testimonium firmitatemque perpetuam
presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis
et autentici Sigilli nostri maioris munimine roboratas
Dat Bude duodecima mensis Septembris die anno
domini millesimo trecentesimo septuagesimo Octauo

Littera magni ducis demetry de libero transitu hospitum
per terram suam que fuit presentata dominis In vigilia beati
Nicolai Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo
Et est in ordine et signatura quadragesima prima

Von dem grosen fürsten demeter czw den erbern
rotlewten czw Crakow unsern gruß und forderung
czw allen czeiten bereit Als ir gebeten habet das
wir sulden durchlossen den gast und halbn zol
nemen das welle wir gerne thwn Hest ewir gast
sulch her czihen durch ewir willen welle wyr
yn gerne durch lossen und halben zol nemen und
wellen sy hy vorkowffen das mogen sy thuen mo-
gen sy aber nicht zo mogen sy czihen wo das sy
wellen das welle wir yn gerne gunnen Czw eine
befestigunge des brifes hab wir angeleget unser
Ingesigel etc.

Privilegium lodowici hungarie et polonie Regis
quod omnes et singuli Cives et mercatores hunga-
rie et polonie possunt per lembergam Civitatem
ire ad Thartharia Tamen in eundo et redeundo
per quatuordecim dies debent in ipsa Civitate
lemburgensi merces eorum vendere et tandem solu-
to iusto theolonco ire quo voluerint etc. 42m

In Nomine domini amen Nos lodowicus dei gracia
Rex hungarie polonie dalmacie etc. Ad perpetuam
rei memoriam tam presentibus quam futuris volumus
devenire Nos benignitate nostra regia considerantes et
graciosius attendentes diversa et multiplicia dampna
et incomoda ac depauperaciones que fidelibus nostris
Regnorum nostrorum hungarie et polonie Sacris Co-
rone subiectis civibus et incolis mercatoribus racione

Preclusionis et prohibicionis vie tharthariće quas cives
nostri in lemberga in dictis nris pretendebant mercatoribus
instarent et orirent irrecuperabiliter habita per nos
et Serenissimam principissam dnam Elizabeth genitricem
nostram charissimam ac eciam nostrorum baronum sana be-
nedeliberata et matura deliberacione et ex certa nostra
sciencia decernentes omnino volumus diffinimus et
statuimus perpetuo et irrevocabiliter ut universi et sin-
guli dictorum regnorum hungarie et polonie nostrorum
cives et incole mercatores venientes cum eorum mercibus
et mercimoniis in dictam Civitatem nostram lemburgk
cuiuscunque generis speciei et maneriei existant dumodo se
fide digno dictorum nostrorum hungarie et polonie regnorum
docuerint testimonio fore Cives seu incolas ad plenos
quatuordecim dies cum dictis eorum mercibus in dicta
Civitate lemburga continuare pro speciali eorundem
lemburgen incolarum consolacione ac melioracione et ven-
dicioni exponere tenebuntur quas quidem eorum merces
predictas si vendere ibidem non possent tunc soluto iu-
sto digno et consueto theoloneo cum eisdem mercibus libere
et absque cuiusuis hominis cuiuscunque status vel condicionis
impedimento thartharium et ad quasuis tharthariе partes
quocienscunque et quandocunque ipsis oportunum et expediens fore
videbitur vel eorum beneplaciti fuerit transire debeant
et poterint et redire in Civitatem lembergen prenotatam
Et in reditu iterum in dicta nostra Civitate lemburgen
cum ipsorum reportatis seu adductis mercibus de thartaria
plenos quatuordecim dies iacere et easdem merces in
quantum poterint ibidem comodosius et utilius vendere

Sint astricti quibus tunc elapsis quatuordecim dieb(us) post dictam reuersionem soluto iusto eor(um) et condigno theolonio ad propria transire poterint libere vel quo eorundem mercatorum nostrorum fuerit voluntas. Volumus insuper et decernimus quod omnes lre nostre aut genitricis nostre prefate ante presens priuilegium impetrate per dictos Lemburgen(ses) quolibet contrarie presentib(us) nullius sint penitus ualiditer efficacie uel vigoris. In cuius rei memoriam presentibus duximus concedendas. Dat(um) in wisschegrad in festo beati martini confessoris Anno domini Millesimo trecentesimo Septuagesimo primo

S

Priuilegium wladislai Regis In quo Spithko palatinus Cracouien(sis) conscientia volens expurgare promittit se peramplius stamen panni bruslien(sis) propter Consulum electionem non recepturum quod rex confirmat et Cracouien(ses) ab huiusmodi dacia perpetuo absoluit ne aliquid dent propter consulum electionem et est 43m

Electio Consulum

Dat 1393

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithuanie que princeps supremus et heres russie etc notum facimus vniuersis quibus expedit presencium noticiam habituris quod ad nostram nostrorum que baronum et militum fidelium dilectorum personaliter accedens presenciam Validus miles Spitko palatinus Crac(ouiensis) noster fidelis dilectus non compulsus non coactus neque aliquo errore seductus sed vltronea

T

Seu spontanea voluntate et animi sui matura de-
liberatione prehabita confessus est et publice recognouit
quod quamuis idem Spithko tamquam palatinus Cracouien
occasione electionis Consulum Ciuitatis nostre Cracouien
quando et quocienscumque ipsos eligi contingit seu conti-
gisset vnum stamen bruslien panni per dictos Con-
sules Cracouien nostros sibi debere dari acquisiuisset
quodam iure Tamen ipse Spitko consciencia tactus
suo reuoluit in animo dictam dacionem stamminis
racione huiusmodi electionis Consulum contra Justiciam
se acquisiuisse Horrescens itaque ipse Spitzko ex hoc a-
nime sue salutis interitum imminere ex nunc ab
vlteriori peticione et exactione dacionis dicti staminis
bruslien et ceterorum donacionum ex modo electionis
consulum predicte quibuscumque Jure seu consuetudine a
dicto Spitkoni palatino et alijs palatinis pro tempore
dari in vsum inductorum coram nostra celsitudine ex
nunc recessit ¶ Nos igitur ex suscepti cura regiminis
volentes memorate Ciuitati nostre Crac Consulibus
condicionem in eo facere meliorem ipsos Consules Com-
munitatem et vniuersitatem dicte nostre Ciuitatis Crac
a dicta dacione staminis bruslien et ab alijs donatiuis
propter dictorum Consulum electionem memorato Spitskoni
et alijs palatinis Cracouien quoquomodo dandis ex
nunc liberos et solutos facimus perpetuis temporibus
duraturis ¶ Quo circa omnibus et singulis palatinis
nunc et in futurum existentibus committimus mandantes
quatenus ex nunc a dicta exactione dacionis et aliorum dona-
cionum per amplius cessent et desistant Quibus

Palatinus eciam nos de et super omnibus premissis perpetuu silenciu imponimus harum nrarum quibus sigillum nostrum appensum est virtute et testimonio litterarum dat Cracouie ipo die dominico infra octauas Corporis Cristi Anno eiusdem Millesimo Trecentesimo Nonagesimo tercio et Presentibus Reuerendis in Cristo patribus dominis Petro Cracouien dobrogostio poznanien Epis Pandmogio palatino kalisien domaratzhio Castellano poznanien Chinczka de przemankow vicethezaurario et Stilcone de Gora iudice castri nostri et alijs nostris fidelibus fide dignis Dat per manus Venerabilium Zacliize Cancellarij et Nicolai de kirzow arcud mgri Cantoris Gneznen et prothonotarij aule nostre fidelium dilectorum

Priuilegium Wladislai polonie Regis quod spuales non debent esse tutores aut commissarij aliquorum bonorum nec in testamentis deputari Sub amissione omnium bonorum mobilium et inmobilium regio fisco dandorum

129 ~~Dat 1393~~

Dat 1393

Wladislaus deigracia Rex polonie etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis quod nuperrime certa relacione ad nostre maiestatis audienciam peruenit quod quedam exquisicio conficta de nouo in Ciuitate nostra Crac inoleuit quod Ciues et incole ipsius Ciuitatis Crac in extremis laborantes viros spuales siue religiosos fideicommissarios siue tutores suorum puerorum in bonis mobilibus et inmobilibus ac possessionibus

Hereditarys exquisitis fraudibus faciunt ordinant et
constituunt ac preficiunt qui tandem fideicommissaria et
tuicione huiusmodi recepta nostros homines ibidem in
Cracouia et alios contra Ius ipsorum ciuile ad forum
spirituale et euocant et euocari procurant intentes eo-
sdem fatigari laboribus et expensis ex quo Ius ipsorum
deperit et contempnitur pauperes quoque et incole ipsius Ci-
uitatis plurimum grauantur et ipsa nostra Ciuitas omnimode
desertatur ¶ Nos etenim premissa omnia et singula in nostra
mente pronide resarcita perampliius tollerare non va-
lentes prout nec debemus iusticia exigente ipsa ex nunc
cassamus annullamus et ea irrita decernimus atque nulla
et ipsa de Iuribus nostri regni volumus fore peregrina ¶
Quo circa omnibus et singulis nostris Ciuibus Cracouien
supradictis ne de cetero ipsos fideicommissarios et tuicones
bonorum suorum in spirituales et religiosas personas fa-
ciant et committant neque eciam ipsi spirituales et religiose
persone ipsas fideicommissarias et tuiciones recipiant et
assumant firmiter inhibemus tenore presencium mediante ¶
Quod si quispiam nostri regii edicti preuaricator teme-
rarius contra premissa deprehensus fuerit vel remissus
ipsum pena condigna tamquam pena rebellem decernimus
puniendum ac omnia bona mobilia et immobilia sic vt
premittitur fideicommissa ad nostrum fiscum decidimus
fore deuoluenda quorum medietatem Consulibus Crac
damus et attribuimus harum serie literarum percipiendam
aliam medietatem pro nobis et nostro thezauro reseruan
facientes et constituentes dictos Consules Cracouien
scelerate secte huiusmodi inquisitores et executores

Speciales harum quibus Sigillum nostrum appensum
est testimonio litterarum Actum et datum wislicie feria
Sexta post octauas ascensionis domini Anno eiusdem
millesimo Trecentesimo Nonagesimo Tercio.

Priuilegium Wladislai Regis polonie In quo Ciues
Crac per quendam nobilem petrassium de Sabawa
infamati fuerant quod regem et dominum suum tradidisset
ad quam propositionem se honeste expurgauerunt sicut
istius sceleris et cuiuslibet alterius semper innoxii et in
nullo vnquam suspecti Et est in ordine 45m

Dat 1398

In Nomine domini Amen Ad perpetuam Rei memo
riam sempiternam Wladislaus dei gracia Rex polonie
Nec non terrarum Cracouie Sandomirie Siradie lan
cicie Cuiauie litphanie princeps supremus pomera
nie Russie que dominus et heres etc. Quoniam nichil
infelicius felicitate peccancium qua penalis nutritur
impunitas et mala voluntas velud hostis interior
roboratur hanc superne disposicionis prouisio dispo
suit presidentes hominum super homines policiam ho
minum gubernandam vt eorum curam agentes eos in
agendis ad salutaria dirigerent et de cognoscendis
solicite prouiderent Placuit itaque diuine voluntati
quod sicut industrie sollertes principis digne videntur
ipsum ne milites pro defensione reipublice pugnantes
suam perdant innocenciam prouidere Sic non minus

Sollicita mentis indagine curare debet ut Ciuitates
dicioni sue subiecte honestis ac honestate fulgentibus
repleat Ciuibus qui suarum virtutum constancia fide-
litatum perseuerancia et animorum ydemptitate rempublicam
viuunt consolidant et augent felicibus incrementis Est
enim princeps equitatis iudex et est seruus equitatis
Et in eo personam publicam gerit quod omnium iniurias et
dampna corrigit et crimina et equitate media punit
Cuius officium est illis qui minimum possunt plurimum
prodesse qui vero nocere desiderant plurimum aduersari
Cum igitur nobis in Throno Regio pro tribunali se-
dentibus prelatis et baronibus ad latus regium super
hoc specialiter comportatis ¶ nobilis petrassius de
sabawa prudentibus viris ciuibus nostre Cracouien
Ciuitatis illam enormitatis mendaz indixerit qualiter
videlicet predecessores eorum quadam suasione furoris
quendam Regem et dominum proprium tradidissent
eumque de regno suo pro repulissent malitia cruciante
quo pacto in modernos Ciues dicte Ciuitatis nostre
Crac tanquam in successores ipsorum infamiam huiusmodi
tradicionis affirmauit deuolui et asseruit omnino re-
dundare Porro prefati Ciues Crac veluti vituperij
et infamie huiusmodi se presumentes innocuos penitus
et immunes obtenta sibi licencia probandi sufficienti
ac euidenti testimonio presertim per literam Serenissimi
principis domini kazimiri olim regis polonie nostri pre-
decessoris felicis recordacionis ipsius maiori sigillo
dependenti sigillatam Cuius progenitore rex et causa pro
quibus agitur in presenti videtur contingere docuerunt et

Et ab huiusmodi facinorosis infamiis et vituperiis
suam innocenciam in plenum probauerint et efficaciter expur-
gauerint Nos itaque quem ad hoc ex suscepti regiminis
angit officio cura super huiusmodi negocio multiplici
tractu et vario cum prelatis et baronibus lateri regio as-
sedentibus hinc inde pluries reuoluto visa quoque sufficienti
probacione et efficaci testimonio predictorum Ciuium
pleno super hoc examinato consilio prefatos Ciues et
eorum predecessores ab huiusmodi criminosis vituperiis
et contumeliis innoxios et inscios omnino affirmamus et ap-
probamus Et vt throno iusticie presidentes vniuersis
vigilancie nostre creditis pacem et tranquillitatem pro-
curemus et iusticie plenitudine ministremus sub quibus
pacis auctore quiete reuereri valeant et scandalorum
ac discordiarum ab ipsis euulsa ac eradicata materia ex-
tinctis quoque odiorum flammis in pacis thabernaculis habi-
tantes deum deorum in syon liberaliter contemplentur pre-
fato Petrassio de Zabawa eiusque omnibus perpetuum silen-
cium in huiuscemodi negocio imponimus ex nunc et in
euum In quorum omnium testimonium ac euidenciam clariorem
presentes literas nostras scribi fecimus quas nostri maioris
Sigilli pendentis munimine iussimus roborari Actum
Crac in vigilia beati mathei apostoli Anno 1398 presentibus
Reuerendis in Christo patribus dominis Petro Crac et Nicolao Po-
znanien Episcopis Necnon Strenuis militibus Johanne de
de Tharnow Sandomirien Spitkone de Mulstein Crac
Johanne Ligaza Lanciciensi Jacussio de Koniecpole Sira-
dien palatinis Cristino de Ostrow Sandomirien Johanne
de Thanczin Woynicien Petro Kmytte Sublinen Imbramo

de pleschow zawichostien Castellanis Michaele de bogwmylowicze Iudice et dobkone de koszicze sub iudice Cracouien ac alys multis nostris fidelibus fide dignis dat per manus Nobilium Zakolite de mydzigorze Cancellary et Clementis de moszkorzow vicecancellary nostrorum fidelium dilectorum

Priuilegium Wladislai Regis polonie Quod a Iure Cracouien qui se grauatum senserit ad Supremum Ius meidburgen Castri Crac appellare debet et exhinc ad domos Sex Ciuitatum et non vltra et tales iudices non debent per aliquod Ius Spirituale aut Secularie turbari Insuper Ciues Crac coram aduocato et Scabinis eorum Aduocatus vero et Scabini coram Consulibus eorum parere tenentur Consules vero non nisi in presencia Regie maiestatis In castro Crac saluis ipsorum priuilegys respondere debent Et nullus ex eis extra muros Crac citari debet Nec citatus aliquas penas alicui Iudici soluat et c 46

dat 1399

Vide idem folio 175

Wladislaus deigracia Rex polonie Necnon terrarum Cracouie Sandomirie Siradie lancicie Cuiauie lithphanie princeps Supremus pomeranie Russie qz dominus et heres ad perpetuam rei memoriam Significamus vniuersis tam presentibus quam futuris quibus expedit presencium noticiam habituris Quod prudentes et honesti Consules et vniuersitatis Ciuitatis nostre Crac

Nostri fideles dilecti ad nostram venientes presenciam
sua nobis relacione monstraverunt quod inter nonnullos cives
nostros et extraneos in Judicio eiusdem Civitatis nostre
Cracovien interdum litigantes quedam indecora consuetudo
que dicenda est potius corruptela irrepsit taliter quod idem
litigantes tot et tantis multiloquiis subterfugiis dila
cionibus superuacuis ac indebitis appellacionibus consue
uerunt se tueri adeo quod talia in nostrorum fidelium plu
rima vergunt incomoda atque dampna Quidam etiam
alii valde importune invidie forsitan moti livore Con
sules aduocatum Scabinos ac ceteros dicte Civitatis
nostre Crac extra muros eiusdem Civitatis non tantum
causa Jure experiendi contra ipsos quantum vt eos vexacio
nibus atterant laboribus gravent et expensis attenuent
plurimum evocare soliti sunt et citare Et cum nos non pre
tereant nostrorum incomoda subditorum honor quoque regis
Judicium diligat et nos humiles quos eternus rex vncti
one sue misericordie in regni huius fastigio temporaliter
honoravit illo viuamus intellectu vt iusticiam a qua deus
non recedit et econtra super omnia diligamus equitatem
vinculoque in statera rectitudinis regulantes Et quia rem
que culpa caret in dampnum in dampnum vocari non con
uenit Vt in eadem Civitate nostra Crac quod et vbilibet
in singulis regni nostri terminis optamus fieri tempore felicis
nostri regiminis finis litibus iudiciariis congruus impo
natur vt materia litium huiusmodi iudiciariarum sup
uacua labores fatige expense vexaciones evocaciones
et citaciones per quas grauantur immo rei de regni nostri
finibus amplius habeantur omnino peregrine ad instar

Supplicationes memoratorum Consulum et vniuersitatis
ipsius Ciuitatis nostre Cracouien et eciam consideracion mul-
tiplicium seruiciorum nostre maiestati per ipsos non sine ve-
neracione multimoda hactenus exhibitorum et in antea ex-
hibendorum dictas consuetudines ymmo verius corruptelas
perpetuo abolem(us) decernentes per p(rese)ntes n(ost)r(u)m regium edictum
Vt quicumque ciuis vel extraneus in Judicio dicte Ciui-
tatis Crac pro quacumque causa litigans per aliquam
sentenciam interlocutoriam vel diffinitiuam se grauatum pre-
senserit liceat eidem grauato pro vt antiquitus per eterne
recordacionis kazimirum regem polonie inclitum n(ost)r(u)m prede-
cessorem firmatum extitit ad aduocatum et Scabinos suprem(i)
Juris theutonici meidburgen quod et prouinciale dicitur
castri n(ost)ri Crac a predictis Aduocato et Scabinis ipsius
Ciuitatis Crac et ab eorum sentencia libere appellare
Quod et si aliqua pars litigancium siue sit actor siue reus
ibidem in prefato Judicio Juris Theutonici castri Cracouien
per ipsius Judicii aduocatum et Scabinos se viderit agraua-
tum ex tunc ad nostram regiam p(rese)nciam velud ad supremum iudicem
pro vt maidburgen dictant leges appellandi prouocandi
et ipsam sentenciam redarguendi plenam habeat facultatem
Ad quas quidem appellacionum sentencias et sentenciarum
appellaciones Juris theutonici tramite diffiniendas sente(n)-
ciandas ac in n(ost)re maiestatis nomine fine debito terminandas
Capitaneus noster Crac pro t(em)p(o)re ex delegacione n(ost)ra regia
pro vt moris est sibi ad id specialiter facienda de quatuor
Ciuitatibus terre n(ost)re Crac vz de Cracouia Sandecz
wieliczka et bochnya tres aut duos Consules vel Sca-
binos quos prudenciores et periciores in dicto Jure

Theutonico Meidburgen fore cognouerit ipo appellator
procurante citabit vel ad Castrum nostrum Crac predictum
ad certum terminum quemiant et ibidem prefatas sentencie uel
sentenciarum appellacos in quibus ad nram maiestatem vt
premittitur appellatum foret dicto nro Capitaneo uel ab eo
substituto loco aduocati presidente diffiniant sentencient
et iure meidburgen predicto pronuccient finaliter et de-
cident ¶ A quibus quidem diffinicione pronucciatone et
finali decisione nro nomine vt premittitur factis non erit
neqz esse debet facultas cuiquam vlterius appellandi ¶ no-
lumus eciam vt predicti Consules uel Scabini taliter de
Ciuitatibus conuocati pro huiusmodi pronucciacione
uel diffinicione Sentencie uel sentenciarum nro nomine vt
predicitur factis ad aliqua Judicia spualia uel secularia
per quepiaz trahantur aut aliter pro eo quomolibet mole-
stentur ¶ Preterea cum in eorundem Consulum et vni-
uersitatis ipius Ciuitatis nre Crac qmodis et succes-
sibus felicibus specialiter prosperemur vnde cupientes
ipos sub alis benignitatis nostre ab incursibus aduersis
et periculis preseruare Addicimus specialiter obseruandum
Vt os et singuli ciues et incole eiusdez Ciuitat nostre
Crac non alias quam ad aduocati et Scabinorum ipius
Ciuitat ¶ Hydem vero aduocatus et Scabini ad suorum
Consulum presencias debeant euocari ¶ Consules aut no
alicubi alias quam ad nostre maiestatis audienciam
dum tamen Cracouie seu in Castro Crac constituti fuerimus
aut ad illius cui specialiter committendum duxerimus ad
Castrum duntaxat Crac predictum per literam nram regiam
saluis iporum priuilegiis euocari poterunt et Citari ·:·

A

B

C

D

Quod si quoque ad alios Regni nostri quosuis Judices ad alia loca a quocumque seu a quocumque seu pro quacumque causa prefati Ciues aduocatus Consules vel Scabini extra muros dicte Ciuitatis Crac contra presens nostrum priuilegium indultum quolibet euocati siue siue citati fuerint comparere minime tenebuntur nec aliquas penas soluent Et nos penas huiusmodi quorumuis regni nostri Judicum subiudicum officialium et ministrialium eorundem racione huiusmodi non comparicionis contra memoratos ciues aduocatum Consules et Scabinos seu aliquem ipsorum communiter uel diuisim fulminatas cassantes et irritantes nullius efficacie roboris esse volumus uel momenti decernentes omnia et singula premissa obtinere robur perpetue firmitatis Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum Actum Crac feria Secunda infra octauas assumpcionis sancte marie virginis Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo Nono presentibus validis Johanne de Thanczin Castellano Crac Johanne de Tharnow Sandomirien Johanne ligancza Sandomirien palatinis Gneuossio de dalewicz subcamerario Crac Petro kmytte castellano lublinen Petro stha franczecz subdapifero Crac Et alijs generosis quamplurimis nostris fidelibus fidedignis Dat per manus Reuerendi in christo domini Nicolai episcopi wladislauien et Generosi zaklycze aule nostre Cancellariorum nobis sincere dilectorum

Priuilegium wladislai regis polonie In quo Confirmatur quod ciues Crac libere possunt in tharthariam ire 47

dat 1403

In nomie domini Amen ad perpetua rei memoriaz
dum viuit lra viuit et actio lre cmissa cuius assercio nu-
trit memoria et labiles semper perpetuat actiones Pro-
inde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non ter-
rarum Cracouie Sandomirie Siradie lancicie Cuyauie
lithwanie qz princeps Supremus Pomeranie russie qz dns
et heres etc Significamus tenore presencium quibus ex-
pedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habi-
turis Quod altercacione facta int Ciues Crac ab vna
et lemburgen parte ab altera Idem ciues lemburgen
asserebant coram nobis et nris baronibz quod Ciues Crac
et alij quicunqz non debent de Jure ad partes Thartarie
transitus facere et mercancias eorum exercere quibz viaz
eandem thartharicaz precludebant ipos ad transitum ibidem
faciendum nolebant admittere Ipi autem Ciues Cracouien
ex adverso dicebant quod de Jure ipi et alij ciues nostri re-
gni quicunqz ad easdem partes thartarie cum eorum mercan-
cijs et causa mercanciarum possunt libere proficisci suis-
qz assercionibz satisfacere cupientes et eas probare litteras
suas sub Sigillo maiestatis Serenissimi principis domini
lodouici olim hungarie et polonie Regis predecessoris
nri charissimi ad maiestatem nostram eorum qz baronum presenciam
produxerunt In quibz euidenter inuentum est quod ipi mercato-
res Crac et alij de Ciuibz Regni nri licite ad thar-
tariam cum mercibz eorum poterunt proficisci Jta tamen quod
ad thartariam eundo cum mercibz eorum in lemberga 14
diebus pausare debent et easdem merces ad vendicionem seu
comutacionem exponere quas si vendere aut comutare non pos-
sent tunc solutis theoloneis consuetis ad thartariam c

G

Transferre possunt cum eisdem Similiter de thartaria
redeundo ibidem in civitate lemburgensi cum mercibus eorum
14 diebus demorari tenentur et eas exponere ad vendendum
aut etiam commutandum quas si vendere aut commutare non pos-
sent cum ipsis recedant theoloneis consuetis solutis ut prefertur

De transitu autem ad partes walachie per prelatos et ba-
rones sic est diffinitum quod si cives et mercatores lemburgenses
partes walachie racione negociacionis et mercanciarum exerce-
darum visitare voluerint tunc et civibus Crac. causa partes
walachie et ad alias preter thartariam ad quascumque cum
mercibus eorum pertransire absque mora 14 dierum in lemberga
licitum erit visitare consuetis tamen theoloneis ibidem in lem-
berga exsolutis Quam quidem diffinicionem prelatorum et
baronum nostrorum ratam et gratam habentes ipsam tenore presencium
approbamus harum quibus sigillum nostre maiestatis appen-
sum est testimonio literarum Actum Crac. feria quinta proxima
post dominicam reminiscere Anno domini 1403 presentibus his ve-
nerabilibus In Christo patribus dominis nicolao de kurow
sancte Ecclesie Gneznensis archiepiscopo petro Crac. Alberto poznaniensi
Episcopis Johanne de Thanczin Castellano Johanne de
tharnow palatino Crac. petro kmyta Sandomiriensi Johanne
ligancza lanciciensi et mikolaio dicto maczuda gnewcowiensi
palatinis Cristino de Ostrow Sandomiriensi Michaele de
bogumylowicze lublinensi Et clemente de moskarzow
wisliciensi Castellanis multis quoque aliis nostri Consilii
Baronibus coram quibus premissa facta esse dino-
scuntur Datum per manus eiusdem domini Nico-
lai Sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopi
nobis Sincere dilecti

Privilegium Wladislai Regis polonie In quo confirmat omnia Iura privilegia et libertates Civibus Cracovien per olim lodowicum kazimirum et alios Reges et principes datas et concessas Excepta illa clausula In privilegio lodowici Regis contenta quod Cives ex bonis terrestribus ad expedicionem belliam non tenentur (quam invenies folio 33 littera N scriptam) illam hic rex Wladislaus revocat et vult ut ex talibus hereditatibus Iure et more aliorum nobilium serviant. Et est in ordine 48

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Excellens regalis exigit auctoritas et Regis decet insignitum diadema iustis et congruis precibus condescendere fidelium subditorum et ipsos de favoris et gracie sue plenitudine augmentis dignius ampliare ut omnes suo subiecti dominio suave iugum se portare senciant et regnantis clemencia ipsos in sue fidei perseverare constancia fervencius attendat Et ita culmen excellencie principalis precipue illius tenetur iura advertere protegere gubernare illi quod toto studio placitum impendere in omnibus famulatum per quem Reges regnant et principes principantur. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon Terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie Cuiavie lithwanie princeps supremus pomeranie Russie quoque dominus et heres etc. Significamus Universis quibus expedit tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quod quanto divina favente gracia nos locum regni nostri huius polonie magis obtinemus

Excelsiu tanto tenemur eiusdem Regni ab alto nobis
crediti gubernacula salubrius gerere et eius comoditatib(us)
diligencius providere Peticio igitur maiestati n(ost)re pro
parte prudentu ac honestoru Consulu et totius vniuer-
sitatis Ciuitatis nostre Cracouien(sis) n(ost)roru fideliu dilecto(rum)q(ue)
oblata continebat q(uate)n(us) privilegia l(itte)ras libertates et
munimenta Jura q(ue) dudu eis per clare recordacionis
predecessores n(ost)ros olim reges duces et principes polonie
Inclitos data concessa datas et concessas gratificare ra-
tificare approbare et confirmare de innata clemencia di-
gnaremur Idcirco nos peticionib(us) memoratoru Consulu
et vniuersitatis vtpote iustis quibus non est denegand(us)
assensus benigne acclinati et precipue consideracione
multiplicium seruiciorum quibus ipi nos perseuerantis
constantie laudibus extulerunt et nunc tamq(ue) solem ficta
fideliter sic circumstant ac in antea prestancius obse-
quent(ur) Volentes subditis nostris ipsis n(ost)ri felicis
regiminis sic preesse vt possimus prodesse sic fauere di-
uitibus vt pauperes non derelinquam(us) sic Jura tueri
et fortificare n(ost)roru fideliu vt vtilitati publice suffra-
getur Privilegia l(itte)ras concessiones libertatu exemp-
tionu prerogatiuaru et Juriu quoru(m)cu(m)q(ue) per inclitos
kazimiru Lodowicu et alios Reges duces et principes
Regni Polonie huius n(ost)ros predecessores eisdem Consulib(us)
mercatoribus et quibuscu(m)q(ue) inhabitatorib(us) ipius n(ost)re
Ciuitatis Crac(ouiensis) facta concessa data factasq(ue) concessas et
datas que et quas hic volum(us) habere pro insertis ac
que et quas kazimirus et lodowicus memorati polonie
Reges gratificauerunt ratificauerunt approbauerunt confirmauerunt

Et obseruauerunt eciam nos de certa nostra sciencia et consilio principum et baronum nostrorum ratificamus gratificamus approbamus et confirmamus decernentes eadem et easdem in omnibus et earum articulis clausulis punctis sentenciis et condicionibus quibuscumque obtinere robur perpetue firmitatis ¶ Excepta duntaxat quadam condicione per dictum Lodwicum Hungarie et polonie Regem eisdem Consulibus et vniuersitati alias expressa vero quod ipsi Consules et vniuersitas Jurisdicionem quandam habere debuissent ad duo miliaria ad singulas plagas Ciuitatis Crac circumquaque ad comparandum eciam villas et hereditates Jure ciuili possidendas ¶ Cuius condicionis loco adicimus quod Consulibus et Ciuibus ipsius Ciuitatis nostre Crac cum eis placuerit liceat villas et hereditates quascumque extra Ciuitatem Crac predictam vbicumque existentes gracie tenere et possidere ipso Jure et more quibus ceteri nostri nobiles suas villas et hereditates possident et gaudere possunt etc. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est Subappensum testimonio literarum Dat Anno 1399

Reuocatio illius quod Lodwicus gesserat

Priuilegium kazimiri Regis polonie de Cerusia extranea vndecumque adducta que hic propinari non debet Nec in Curiis nobilium aut Spiritualium domibus quod si quis contra id fecerit extunc Cerusia sibi recipi debet Et ob id tabernatores ad aliquid sub non trahantur Exceptis certis octualibus cereuisie que ad collegium pro vsufructu et non propinacione similiter et monetariis et aliis personis adduci possint 49m

dat
1456

Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnusdux Lit-
wanie Russie Prussie etc dominus et heres etc Significamus
tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et fu-
turis presencium noticiam habituris Quod animaduertentes
destructionem annichilacionem dampna ac incomoda molen-
dinorum nostrorum ad Castrum nostrum Cracouien spectancium
quibus per propinacionem ac vendicionem extranee ceruisie que
sepius de aliis locis ex concessione maioris Scarbi et aliorum
officialium ac eciam clandestine in Cracouia ducebatur
destruuntur et molendina eorum diminuuntur Vnde de consilio
Consiliariorum nostrorum prefatis molendinis Castri nostri
Crac volentes prouidere comodo et thabernatoribus ipsis
de Crac condicionem facere meliorem ¶ Ex nunc et in antea

M

propinacionem ac ductum extranee ceruisie que a temporibus
retroactis quolibet fieri solebat per quoscunque homines
cuiuscunque condicionis existunt spirituales et seculares re-
uocamus et inhibemus per presentes Ita quod de cetero aliquam
ceruisiam extraneam vndecunque fuerit adducta quispiam
hominum tam in monasteriis et in domibus clericorum
dignitariorum terrigenarum quam eciam alibi in Ciuitate

N

ipsa Crac propinare presumat ¶ Si quis autem ausu te-
merario contrarium fecerit et Ceruisiam aliene braxa-
cionis in Cracouia duxerit aut propinauerit Ex tunc
vigore presencium damus potestatem et omnimodam facultatem
deinceps omnibus arestatoribus ceruisiarum reuocatarum thaber-
natoribus de Crac coniunctim et diuisim seu alternatis
viribus eorum adiuuamine et presidio Capitanei procuratoris
generalis et Consulum Crac In quocunque loco arestandi
et per vim in spem amissionis recipiendi vnam partem

pro vsu Castri nostri Crac alia vero in pios usus
elemosinarum convertendi ¶ decernentes et statuentes
quod dum aliquociens in aliqua curia seu domo di-
gnitariorum Terrigenarum et nobilium huiusmodi
cerusia extranea propinata fuerit quod talis cerusia
per Capitaneum sive procuratorem aut eius officiales
vel per thabernatores recipiatur et modo superius
expresso convertatur Et nichilominus propinans ceru-
siam in tali domo seu Curia tociens quociens cer-
usia extranea reperta fuerit penam decem marcarum
succumbet per Capitaneum seu procuratorem nostrum
consignandam pro fisco nostro Regio exigendam et expe-
tendam ¶ Dum vero ipsa cerusia extranea In do-
mibus seu cellariis Civium propinata et vendita fuerit
Consules Civitatis Crac cum thabernatoribus ipsam
cerusiam et tociens quociens reperta fuerit penam
quinque marcarum ipsi Consules a propinante recipere
debent Si vero prefati Capitaneus procurator seu
Consules in talibus penis exigendis et cerusiis re-
cipiendis ad requisicionem ipsorum thabernatorum remissi
et negligentes fuerint Extunc volumus eos et quemlibet
eorum ad ipsas penas facere astrictos per nos irremissi-
biliter sine venia recipiendas et tollendas ¶ In casu
vero quod huiusmodi cerusia extranea In monasteriis
aut domibus spiritualium propinaretur contra Sentencias
Excommunicacionum loci ordinarii contra tales propinatores
dandas volumus quod brachio seculari et penis de vo-
luntate ipsius ordinarii aut sui in spiritualibus vicarii
quemadmodum de domibus terrigenarum et Nobilium

decernimus subiaceant ¶ Sed ne ipsi thabernatores propter
huiusmodi cerevisiarum arestatorum ad instanciam personarum
quarumcumque per iudicia diversa vexari videantur volumus
ut pro ipso articulo arestacionis seu recepcionis cerevisiarum
Citati minime respondeant nisi coram tribunali communi
Iuris civilis quo gaudent respondere sint astricti ¶ Item
decernimus quod nullus thabernatorum aut quorumcumque hominum
extra Civitatem Crac ex omni parte in distancia me-
dii miliaris non aliam quam Crac cerevisiam propinare
et vendere presumat sub recepcione Cerevisie et penis su-
perius de propinantibus Cerevisiam in domibus Civium de
Crac superius expressis Pro tanto vobis Capitaneo
procuratori generali et Consulibus Civitatis Cracoviensis
committimus et mandamus seriose precipientes et omnino habere
volentes quatenus eam huiusmodi cerevisiam extraneam in quo-
cumque loco modo superius expresso per vos reperiendam
recipere debeatis Auxilia ipsis thabernatoribus eam per
eos fueritis requisiti seu alter vestrum requisitus ad huius-
modi arestaciones ubi eorum suppetere vires non possent
dantes et prebentes ¶ Salvis in certis ortualibus qui
ingressus de Collegio et monetariis ac aliis personis quibus
pro usuvictu et non propinacione ipsorum indulsimus addu-
cendam iuxta moderamen literarum nostrarum ipsis desuper gra-
ciosarum Aliis vero sub nostris regalibus quibus contrariis non
obstantibus quibus derogamus per presentes harum quibus
Sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum
Datum Crac feria sexta ante Georgii Anno domini 1456
Relacio Venerabilis Johannis lutkonis de brzezie doctoris de-
cretorum capellani auditoris Archidiaconi gneznensis R P
vicecancellarii

Resignacio ville Gregerszdorff cum molendino Ciuitati coram Judicio Cracouien facta simul cum libertate totius decime ex eadem villa 50m

Nos Swarcz paschko Johannes buschwange Tylo Zattler Nicolaus wolffinger Herman Czanez Henricus Schuler Arnoldus buszk Francziko trutel petrus faber et Clossinus bruszer Scabini Ciuitate Cracouie Recognoscimus tam presentibus quam futuris quibus expedit vniuersis quod coram nobis in bannito Judicio seu non debito die Judiciali cui Nicolaus Schaffer noster aduocatus presidebat Petrus et Johannes filii olim Strenui militis domini Johannis burgk dapiferi Sandomirien personaliter voluntarie constituti Recognouerunt publice et concorditer quod villam eorum dictam Grzegorzkowicze et molendinum pro Ciuitate Crac retro Ecclesiam Sancti Nicolai situm cum vniuersis et singulis subscriptis libertatibus Juribus et pertinenciis videlicet agris pratis pascuis rubetis nemoribus silua aquis et eorum decursibus et notanter cum vno littore visle libero vsufructibus censibus kmethonibus possessionibus et eorum Incolis piscaturis piscinis paludibus lacubus ac aliis vtilitatibus omnibus que sunt uel fieri possunt in futurum specialiter etiam sine omni decimarum solucione ac sine quibuslibet Regalibus expedicionalibus seruiciis et solucionibus seu contribucionibus et grauaminibus quocumque censeri possent nomine Jure hereditario Honestis viris

Dnis Goczoni Czin Nicolao zuppario Olmano
lertman wlusstchio petrussy Georgio arnspergk Han-
koni Franck Johanni Spiczmer et zedlom gostycz
pro tunc Civitatis Crac Consulibus et ex parte eius-
dem Civitatis Crac cum plena facien et dimittend
potestate libere et Juste vendicionis titulo racionabiliter
vendidissent Ad cuius vero ville Grzegorzskowitze et
molendini et omnium eorum utilitatum prescriptarum resigna-
cionem prefate Civitati Crac in Judiciali debito die
faciendam prefati Petrus et Johannes fres prefatum Go-
czonem Czein in procuratorem eorum plenipotentem et irrevo-
cabiliter ibidem constituerunt et effectualiter effecerunt per
omnia tamquam personaliter interforent Promittentes eandem
resignacionem dictarum ville et molendini cum earum pertinenciis
et Juribus premissis omnibus utsupra expressis per dictum
Goczonem faciendam perpetuo ratam et firmam inviolabiliter
observare Et constitutus In Judicio presenti supradictus
Goczo czin nomine procuratorio plenipotenti predicto pre-
fatam villam Grzegorzskowitz cum molendino cum pre-
dictis omnibus libertatibus Juribus pertinenciis Scilicet
Agris pratis pascuis nemoribus rubetis Silvis aquis
piscinis piscaturis paludibus lacubus et earum decursibus
Cum uno littore ville libero usufructibus Censibus et
kmethonibus Incolis et eorum possessionibus utilitatibus
omnibus que sunt et fieri possunt in futurum quolibet
et abs omni solucione decimarum et regalium contribucionum
seu serviciorum expedicionalium sive gravacionum solu-
cione quorumque censeri possent nomine prefatis Nicolao
Zuppario Olmano laytmann wlusstchio patrussy Hankoni

Franch Johanni Spitzmer Georgio Arnspergk Et
Seidlom gorlitz Consulibus dicte Ciuitatis Cracouien
nomine eiusdem Ciuitatis libere cum et sub eisdem om-
nibus et singulis limittibus gadibus et circumferencialibus
insignys quibus vndique prefate villa et molendinum
distinguuntur quibus eciam villam et molendinum prefatas
cum earum ptinentys Juribus dominys et libertatibus ac
alys omnibus vsufructibus expressis nullis penitus except
hactenus tenuerunt habuerunt et possiderunt et Jure here-
ditario cum plena faciendi et dimittendi potestate re-
signauit Promisit insuper prefatus Gotz cum eisdem Petro
et Johanne et pro eisdem pro omni arestacione dictarum
ville et molendini ac omnium condicionum superius ex-
pressarum et signant pro eorundem Petri et Johannis
sororibus vtz dnam katherina dni Iczen kozieglow-
sky et domina margaretha dni petri koszien germanis
legittimis ac eciam earundem dnarum maritis et pfatorum
dnorum et dnarum impedicionibus et quod ipam dicte ville et
molendini resignacio de earundem dnarum et eorum maritorum
voluntate fore debeat et assensu Et quod illam resignacionem
In Judicio predicte Ciuitatis Crac acceptare et pro grato
haberi debebunt perpetuo et eisdem villa et molendino ac
earum Juribus et vtilitatibus renunctiare Aut si in Ciuitate
Crac venire non possent dicte sorores tunc debebunt cum dicte
earum maritis ad proxime Ciuitatis eam quam habitant
Judicium venire predicta omnia et vniuersa prout premittitur
ratihabere et per omnia consentire ac eisdem renunctiare
vt prefertur Ipsum quoque literis dictarum Ciuitatum Scabina-
libus confirmare quas literas prefati petrus et Johannes

Consensu dne katerine vide infra fo. 81

Et Borzo etc sub eorum sumptibus propriis Ciuitati pre-
dicte Cracouien presentare et ordinare se beniuole a-
strinxerunt In cuius rei testimonium Sigillum nostri Ca-
binalis officii appensum est presentibus Actum feria sexta
proxima post festum Sancti francisci confessoris Anno domini
Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Octauo

Ita dominum Castellanum Cracouien qui ex commissione
Wladislai Regis polonie Inter Ciues Crac ab vna Et
prepositum Sancte hedwigis parte ab altera decreuit Ciuitati
Crac littus wisle retro Ecclesiam Sancte hedwigis et ante-
riorem rippam in Stradomia Etiam Ciuibus kazimirien
qui ipsi preposito subuenire volebat succumbentibus 51m

Johannes de Thanczyn Castellanus Cracouien omnibus
quibus Expedit tenore presencium recognoscimus vniuersaliter
singulis et singulariter vniuersis tam presentibus quam futuris
Quod cum inter prouidos viros Consules totamque com-
munitatem Ciuitatis Crac ab vna Et religiosum virum
dominum Nicolaum de Woiborz prepositum totumque conuentum
Ecclesie Sancte hedwigis Noui hospitalis in Stradomia
fratrum ordinis Sancti Augustini dominici Sepulcri domus
parte ab altera coram Serenissimo Principe domino
Wladislao Rege polonie etc domino nostro gracioso de et super
Infrascriptis multis controuersiosa querimonia et que-
rimoniosa materia fuisset exorta Dominus itaque Rex
prefatus pro tunc varijs Regni sui curis et negocijs
arduis prepeditus existens cause huiusmodi diffinicionem

Per se intendere minime potuisset Causam ergo nobis
ipsam commisit Judicandam et fine debito terminandam
Tandem predictis partibus ad instanciam evocatis legittime
comparentibus Consules Cracovienses predicti suo et Civitatis ipsorum
nominibus coram nobis nostris et famosis tunc assessoribus
Judicialiter proposuerunt in querela qualiter prepositus una
cum conventu suo predicti prohibent ipsis ne in littore
seu rippa fluminis Visle circa et retro ecclesiam predictam
ipsorum locarent ligna nec edificare nec aliquas ibidem
structuras facere debent absque prepositi predicti et conventus
ipsius voluntate Dominus autem prepositus predictus suo et
conventus sui nominibus ex adverso respondens asserebat ipsam
rippam ex donacione Inclite principis clare memorie domine
Elizabeth Regine polonie et hungarie regnorum ad ipsum
conventum ipsius et ecclesiam pertinere asserens eciam se hoc
ipsum per eiusdem regine autenticis super hoc confectis
litteris velle docere Consules vero predicti in contrarium
dicentes asserebant rippam eandem esse suam et ad Ci-
vitatem Cracoviensem omnino pertinere ex donacione Incliti princi-
pis felicis recordacionis domini kazimiri Polonie Regis
quod eciam privilegialibus eiusdem litteris se probaturos asse-
rebant Cumque ad ostendendum probacionem huiusmodi partibus
ipsis terminum coram nobis assignaverimus peremptorium et
finalem Tandem adveniente ipso termino Consules Cracovienses
predicti litteram privilegialem Regis kazimiri predicti
maiestatis sigillo munitam presentaverunt coram nobis qua
perlecta coram nobis expresse invenimus in eadem contineri
Quod a pristinis Civitatis continentis versus Czizzany
usque ad fluvium Visle et deinceps versus kazimiriam

Unum littus Wisle ab ista parte ipsius fluvii ad Civitatem
pertinet Crac ex donacione Regis Kazimiri predicti per-
petuis temporibus et in evum Prepositus quoque predictus in proba-
cionibus suis ad quas ostendas se astringebat omnino
defecit Tandem Cives Kazimirienses videntes ipsum prepositum
in probacionibus succumbere quorum tunc eciam ipsi Judicio
astitissent pro eodem preposito intercedendo interponere sub-
sidiarias ceperunt partes suas asserentes quod eadem rippa
eorum esset ab antiquo ¶ Nos igitur pro tribunali se-
dentes visa civium Crac iusticia et probacione satis le-
gittima et prepositi ipsius probacionum defectu Attenta
eciam Civium Kazimiriensium intercessione huiusmodi inva-
lida eo quod possessionem rippe ipsius numquam habuisse di-
noscuntur facta prius per nos una cum nostris tunc asses-
soribus collocucione diligenti Civibus et Comunitati
ipsius Civitatis Crac predicte rippe ipsius perpetuam et
pacificam possessionem cum plenaria ibidem facultate a-
gendi et dimittendi cum omni eciam iure proprietate et cir-
cumstanciis in litera regis Kazimiri predicta expresse con-
tentis damus et adiudicamus diffinitiva nostra sentencia
mediante domino vero Nicolao vel qui pro tempore fuerit pre-
posito una cum conventu suo Ecclesie Sancte Elizabeth predicte
necnon Civibus ipsius Kazimiriensibus pro et desuper rippa Wisle
predicta Contra et adversus Cives Crac predictos perpetuum
silencium imponentes harum quibus Sigillum nostrum appensum
est testimonio literarum Actum et datum Crac feria tercia infra
octavas S margarethe Anno domini millesimo quadringen-
tesimo primo presentibus Strenuis et nobilibus dominis et
assessoribus Dobeslao Dobeslao de Chostzicz subiudice

Generali terre Cracovien petrassio kzianski vicenota subiudice castri crac pelskone de brodla mstzugio de balon Jegotha de Gnovno burgrabys castri crac et alys quampluribus fide dignis

Privilegium Wladislai Regis polonie In quo dat libertatem Civibus Cracovien incidendi pannos cuiuscumque generis in nondinis vlnatim Excepte civitatibus Sandomirien Lublinen et wislicien que hoc edicto Regio non debent subiacere Et est 52m

1431

Wladislaus dei gracia Rex polonie litwanie et princeps supremus et heres Russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis quod Cives nostri cracovien fideles dilecti sua fide plene nostram docuerunt maiestatem qualiter per Civitates opida et alia loca Regni nostri ad quas et ad que nundinarum seu annualis fori tempore negociandi gracia ipsos venire contigisset pannos omnis generis et speciei quos secum adduxissent plenam habebant vlnatim incidendi et vendendi facultatem Verum quia ab huiusmodi libertate sepe in Civitatibus opidis et alys locis regni nostri arcentur abstinere sicut nobis sua monstraverunt questione Unde volentes ipsorum quomodo utiliter providere ex speciali gracia nostra ipsos ad incisionem huiusmodi pannorum vlnatim et vendendi tenore presencium admittimus Et mandamus omnibus et singulis Capitaneis Castellanis

Burgrabys tenutarys Consulibus Ciuibus et opidanis
omnibus Ciuitatum opidorum ac aliorum Regni nostri locorum
rectoribus Exceptis duntaxat Ciuitatibus nostris Sando-
miriensi Wisliciensi et Lubliniensi quas nolumus presenti nostro
edicto subiacere Committimus prefatos Ciues et mercatores nostros
Crac quocienscumque cum pannis ipsorum et mercibus ad
vos sub nundinis accesserint pannos huiusmodi ipsorum
vlnatim incidere et merces vendere nullatenus ipsis pro-
hibere presumatis gracie nostre sub obtentu Harum quibus
Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum Datum Cracouie
feria tercia proxima post Conductum pasce Anno domini
millesimo quadringentesimo Tricesimo primo ..
Relacio Venerabilis Wladislai decretorum doctoris prepositi
Sandomiriensis regni Polonie Vicecancellarii

Est alia similis et eorundem verborum litera de data in Prestschowicze vide 134

Litera Dziwissy Canonici Sub Sigillo Capituli crac
et suo In qua se obligat de domo in platea Castrensi
quam edificauit ad omnia Jura et onera Ciuitatis 53

Notum sit vniuersis per presentes Quod quia honesti vi-
ri domini Consules Ciuitatis Crac michi Dziwissio
Canonico Cracouiensi fauorabiliter indulserunt quod
domum sitam in platea Castrensi retro fabrum domini nostri
Regis terciam a collegio Juristarum penes domum domini
Sandeczky michi edificare et in quoslibet vsus benepla-
citos Juri ipsorum non contrarios conuertere valeam et
habere promitto eis firmiter et me obligo in hijs presentibus

b

Quod eisdem dominis Consulibus et Ciuitati Crac
omnia Jura faciam de eadem domo in dando exactiones
in vigilando et ceteris omnibus oneribus subiacendo sicut
quilibet ciuis faceret de eadem Nec unquam faciam eandem
domum ab huiusmodi Juribus ciuilibus amouere Nec
unquam debebit eadem domus exempta esse a solitis one
ribus Ciuitatis aut pre alijs domibus Ciuilibus ci
uilibus aliquam pretendere libertatem propter hoc
quod ego aut quelibet alia persona ecclesiastica hanc tene
bit Quinetiam nunquam debebit eandem domum quisquam
hospes inhabitare nisi qui habeat Jus ciuile Abrenuncio
quoque in perpetuum omni Juris beneficio et cuicunque rei mihi
vel quibuslibet alijs ad quos dicta domus deuenerit
contra predicta uel aliquod predictorum unquam poterit suffra
gari In quorum euidentiam et perpetuam firmitatem
Sigillum capituli Crac nec non etiam Sigillum meum
appendere faciam ad presentes Dat Crac vicesima tercia
die mensis July Anno millesimo quadringentesimo
vicesimo Sexto

Mandatum kazimiri polonie Regis ad omnes Ciuitates quod Ciues Cracouienses sint liberi in nundinis vlnatim incidere pannum parchanum et alia

54

Kazimirus deigracia Rex polonie Magnusdux litphanie
Russie prussieque dominus et heres Ciuitatum Regni nostri
et signanter Sandomirie lelouie wislicie lublin et
aliarum Consulibus presentibus requirendis fidelibus

Dilectis gratiam nostram fideles dilecti habuimus non sine gravi per famosos Civitatis nostre Cracouien Consules grate dilectos expositum in querela Quo mercatoribus dicte Civitatis Cracouien tempore nundinarum seu eciam dierum annualium et foralium apud vos in Civitatibus nostris pannum Barchanum telam et similia vlnatim scindere contra Consuetudinem et Iura eorum non admittitis preiudicium et grauamen non modicum ipsis in eo causantes Pro tanto fidelitatibus vestris committimus et mandamus omnino habere volentes quatenus de cetero et in posterum temporibus et diebus prefatis ipsis dicte Civitatis nostre Cracouien mercatoribus huiusmodi pannum Barchanum telam et similia vlnatim scindere secundum Iura ipsorum superinde obtenta circa que ipsos conseruauimus admittatis et admittere debeatis ne amplius ipsa querela coram nostra iteretur maiestate Gracie nostre sub obtentu seruffacere non ausuri Datum In piotrkow fferia Sexta proxima ante festum Sancte Lucie Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono

Ad Relacionem magnifici petri de Szczekoczin R. P. vice Cancellarii

Littera domini petri Schaffranecz de hostio facto de curia sua in turrim circa portam In platea Sancte Anne quod debet esse nisi ad voluntatem dominorum Consulum 55

Ego petrus Schaffranecz de pieschkowaskala Subcamerarius Cracouien Recognosco publice in his scriptis Quod quia ffamosi viri domini Consules Civitatis Crac de speciali ipsorum in me beniuolencia et fauore amicabiliter

Michi indulserunt quod facere possim pro necessitate mea
vnum hostium ad turrim Ciuitatis que dicta est Judeorum
contiguam domui mee quod hostium fieri debet de ipsa turri
ad Curiam meam inferius in terra et non alibi Duratur[o]
duntaxat ad ipsorum beneplacitum voluntatis Ideo ego pre-
fatus Petrus obligo me firmiter per hec scripta promitte-
ndo pro me et heredibus atque successoribus meis sub
bona fide quod quandocunque dicti domini Consules aut
qui pro tempore fuerint prefatum hostium vna cum testudine
turris inferiori michi indulta et concessa a me aut suc-
cessoribus meis repecierint volentes illud rehabere re-
clusum quod illud debet eis econverso liberum restitui et clau-
dendo obstrui sicut hoc ipsum ab eis recepi quauis contra-
diccione dilacione et strepitu Judicii penitus quiescente
Verum ipsi domini Consules debebunt michi aut successoribus
meis dictam domum possidentibus de hoc scitum dare in
spacio vnius mensis In cuius rei firmitatem et euidenciam
pleniorem Sigillum meum presentibus est appensum Datum Crac
feria Sexta die Beati Sixti Anno domini 1437

d

Mandatum kazimiri Regis polonie ad omnes Ci-
uitates regni vt omnes extraneos qui Jus ciuile in
eisdem habent et alibi domicilia vxores et liberos
ac per hoc libertatibus theoloneorum vtuntur a se
repellant et eos caucionando Jus ciuile eisdem recipiant
56

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux lithwanie
Russie prussie etc. dominus et heres etc. Vniuersis et singulis

Ciuitatibus Regni nostri earum que Consulibus Et signanter lelow tharnow lublin ac alys presentibus requirendis fidelibus dilectis graciam nostram fideles nostri Intelleximus et ex relatione veridica accepimus quod nonnulli homines de terris extraneis gratia libertatum ciuitatibus regni nostri per celebris ac digne memorie reges predecessores nostros Et nos tandem regni gubernacula et Corone diadema suscipien pro ampliori eorum comodo donatarum et concessarum non ut in ipsis Ciuitatibus regni permaneant sed quod eisdem libertatibus seu prerogatiuis inpare Ciuitatum pro ut et aly in ipsis pro honore et comodo nostro et regni nostri habitantes Emende que et reformacioni earundem intendentes contribuunt ac Jura et prouentus nostros soluentes gaudent et fruuntur similiter gaudeant ac fruantur Juscivile in eisdem regni nostri prefati ciuitatibus apud vos suscipiunt libertatibus Juribus et prerogatiuis earundem Ciuitatum gaudent vxores liberos et bona eorum ac domicilia sua in extraneis terris tenent et habent et perinde theolonea et thezauros nostros huiusmodi eorum per indirectum exquisito colore diminuunt vnde nos ipsorum tali occasioni viam et intencionem detestabilem precludere volentes fidelitatibus vestris committimus seriose et mandamus omnino habere volentes quatenus omnes tales quicumque sint et vbicumque inuenti per vos fuerint ipsos et eorum quemlibet de comunitatibus vestris ac etiam de Jure vestro Ciuili quo taliter viuere vobiscum subdole volebant fraudantes nos regnum nostrum et vos etiam in Juribus nostris et vestris eiciatis diligentiam operosam et exactam per inquisicionem veram de ipsis et quolibet ipsorum facientes et ita ipsos a

Nota bene

Iure vestro Civili removeri ut ipsa eorum ignominiosa abiectio aliis similia presumentibus perniciosum trahant in exemplum Et amplius de recepcione talium personarum in Iusticiale vestrum solercius et circumspectius agere debeatis Stringentes eosdem sub recipientes certa caucione fideiussoria sub certo termino competenti in quo unacum uxore liberis et bonis suis in ipsam Civitatem se representaret et domicilium suum ut et ceteri civitatis cives trahent Et ita et non aliter sub pena nostra regali qua vos premissis contravenientes et inquisicionem accuratam de talibus non facientes aut inventos non reicientes mulctare et punire irremissibiliter volumus nisi aliqua de premissis noticia nobis insinuata fuerit ac etiam gracie nostre sub obtentu Harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum est appressum Datum In piotrzkow feria sexta proxima ante festum Sancte lucie Anno domini 1449

F

G

Confirmacio kazimiri Regis polonie omnium privilegiorum ac libertatum tam Spiritualium quam Secularium quam eciam Civitatum tocius regni generalis 57

In Nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Nos kazimirus dei gracia Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie ac Cuiavie magnus dux litphanie heres russie et dominus prussie etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris

Ruomodo recensentes et in animo revolventes quanta puritatis affectione et fidei integra constancia Prelati Comites Barones Milites procures Nobiles burgenses ceteri que subditi et incole regni nostri polonie spirituales et Seculares personam nostram venerati sunt atque dilexerunt vt tandem decentibus felicis memorie Serenissimis principibus dominis wladislao genitore et wladislao germano Regibus et predecessoribus nostris charissimis nos tanquam verum heredem et legittimum successorem ipsis in regem et dominum voluntatibus concordibus assumpserunt Sacro que regni diademate insignierunt Cum igitur altissimo dirigente votis eorundem Incolarum regni nostri in nostram maiestatem deliberate concurrentibus paternum huius Sacri Regni polonie nacti sumus solium dignum esse duximus in ipsos Incolas oculos pietatis nostre aperire et eis hanc quam actu et opere velut attlete fideles in nobis exhibuerunt sinceritatis constantia gratitudine vti decet compensare Vnde ex certa nostra sciencia prehabita sufficientissima deliberatione animo beniuolo et voluntate nostra vltronea ipsis prelatis comitibus Baronibus militibus procuribus nobilibus burgensibus ceterisque subditis et incolis regni nostri cuiuscunque status existant Spiritualis uel Secularis quecunque ipsorum Jura libertates ac Immunitates literas et priuilegia ecclesiastica et Secularia que a diue memorie prelibatis genitore et germano ac alys Regibus principibus ducibus et dominis predecessoribus nostris Regni polonie veris et legittimis heredibus super quibuscunque bonis et libertatibus habere dinoscuntur et habent sub quibuscunque datis in vita ipsorum rite et iuste emanatas libertates et emunitates Spirituales

Folium 52

Et Seculares in se continentes et quas hic volumus
habere pro insertis in omnibus earum punctis posicionibus
articulis et clausulis vniuersis ratificamus Innouamus
ratificamus approbamus et presentis scripti patrocinio confir
mamus decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmi
tatis Promittimus insuper in verbo nostro Regio presentibus et
spondemus eadem ipsorum Jura libertates emunitates literas
et priuilegia per omnia rata atque grata habere et inconcussa
seruare iugiter et inuiolabiliter perpetue obseruare ac eis
satisfacere cum effectu In quorum quibus Sigillum nostrum presentibus
est appensum testimonio literarum Actum in opido nostro piotrkow
in Conuencione generali feria tercia ante festa penthecostes
proxima Anno domini millesimo quadringentesimo quin
quagesimo quinto Presentibus ibidem Reuerendissimo reuerendis
que in xpo patribus dominis Johanne Sancte ecclesie Gneznensis
archiepiscopo et Primate Johanne wladislauiensi et Andrea Po
znaniensi episcopis Nec non Magnificis Generosis Strenuis
et nobilibus Johanne de Czizow Castellano et Capitaneo
Johanne de Tanczin palatino Cracouiensi Stanislao de O
strorog calisiensi Petro de opporow lanciciensi Andrea odro
wonsch de Sprowa russie Hutzko de pomorzani podolie
palatinis Petro de gay kalissiensi et maioris polonie capitaneo
Johanne de Czarnkow Gneznensi Hincza de rogow Siradiensi
et Regni poloniae vicethezaurario Crzeslao de kurozwanky lubliensi
Nicolao de zakrzow vislicensi Johanne ligza de bobrek bezensi
wlodkone de domaborz naklensi Castellanis Petro Scha
franiecz de piesthkowa Skala Cracouiensi Stiborio de ponyecz
posnaniensi Petro zaiaczek de wrancza Siradiensi michaele
de lassotky lanciciensi Johanne kuropathwa ceteris fidedignis

Litera kazimiri polonie Regis In qua Mandat ne Norembergen̄ et aliȷ̄ mercatores Extranei extra fora ānalia negocientur aut moram faciant In preiudicium et grauamen Ciuium Cracouien̄ 58ᵐ

KAzimirus dei gra Rex polonie Magnusdux litphanie Russie prussie qꝫ dn̄s et heres et Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis quod In presenti Conuencione piotrkowien̄ in n̄re maiestatis prelatorum qꝫ baronum ac Consiliariorum nostrorum hic conuocatorum presencia Pro parte honestorum et prouidorum mercatorum et tocius communitatis nostre Ciuitatis Cracouien̄ deductum est grauis in querela per quam plures et multipliciter maiestatis n̄re aures ac nostrorum Consiliariorum impulsantes Contra et aduersus hospites et forenses Norembergenses et alios extraneos mercatores quod ipsi a longis temporibus Ciues et Incolas predicte n̄re Ciuitatis nimium per ipsorum continua inhabitaciōz et mercanciarum equalimodo ipsis Ciuibus exercenciam et execucōz depressissent et destruxissent ac in eorum nutritura depauperassent solummodo proprys commodis et profectibus intendentes et regni nostri necessitati non compacientes libere absqꝫ solucione aliquali aut dacione contribucionali quibus predictos Ciues Cracouien̄ et regnum n̄rm ad presens in ardentissima et imminenti oportunitate onerauimus quosquidem norenbergen̄ et alios extraneos mercatores pro felici statu Regni n̄ri in Conuencione Noue Ciuitatis pro festo s̄ce hedwigis nouissime celebrata ad exaccionem et Contribucōz propter

Eorum continuam inhabitacionem equaliter subditis
nostris licet astrinxerimus et oneravecimus de quibus dan
dis et contribuendis prenotati hospites exoneraverunt se da
cionibus quod iusticie et equitati arbitramur esse Nos vero
sub maiestatis nostre regimine volentes talibus obviare et re
media ferre ac utilitati ac accomodo ipsius Civitatis in
tendere Consilio scitu voto et assensu consiliariorum nostrorum
determinavimus statuimus edicimus et ordinamus tenore presencium
mediante ¶ Ut amodo sepefati norembergen et alii qui
cumque hospites et forenses ipsorum continuam habitacionem et
mercanciarum exercenciam extra fora annalia sive nundinas
in Civitate ipsa Crac nullatenus facere seu quovismodo
exercere audeant seu presumant in preiudicium et gravamen
Iurium et libertatum Civitatis predicte Sub nostris gravis
simis penis et amissione bonorum horum qui contrarium
quod absit in premissis fecerint Et nichilominus publicam
proclamacionem Noviter in ipsa Civitate Crac per Magni
ficos Johannem de Czizow Castellanum et Capitaneum
Johanne de Thanczin palatinum Cracovienses Ceterosque
dignitarios nostros Auctoritate nostra regia demandata et
contra prefatos Norembergenses seu hospites factam
et ordinatam gratificamus laudamus et confirmamus
decernentes eandem firmissima observacione robur obti
nere in posterum firmitatis Harum quibus Sigillum
nostrum est Subappensum testimonio literarum Datum
in Convencione Pietrkoviensi feria quarta post
dominicam Reminiscere domine nostre exercenum
Anno dominice Incarnacionis millesimo quadringen
tesimo quinquagesimo septimo Relacio lucii de Bzeze vicecancellarii

Litera Kazimiri Regis polonie In qua In daciam et Exactionem a marca per duos grossos consenserunt de mera voluntate promittit id in derogacionem Iurium et privilegiorum Civitatis Cracovien non trahere Sed eos circa ea firmiter conservare Et est 59m

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnusdux litphanie Russie prussie etc dominus et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris Quia Spectabiles et famosi Consules ac tota Comunitas Civitatis nostre Cracovien fideles dilecti zelo affectionis erga nos et rem publicam regni nostri induti et accensati Attendentes eiusdem regni nostri et reipublice non mediocrem necessitatem et cupientes eidem pro eorum viribus consulere In daciam seu exactionem civilem a qualibet marca per duos grossos taxatis eorum bonis pro tuicione et defensione terrarum nostrarum podolie et moldavie a Thurcorum impetu hostium Regni nostri et tocius xpiane religionis impetu et incursu non aliquo ex debito Iure Consuetudine ac sequela impulsi aut coacti Sed potius de mera libera et spontanea voluntate nobis dandum consenserunt et annuerunt Quorumquidem Consulum et Civium nostrorum Cracovien zelum benivolenciam et affectionem reciproca vicissitudinis gratitudine compensare volentes prefatam exactionem duorum grossorum a marca nobis liberaliter et spontanea voluntate oblatam non intendimus nec volumus Quinpocius promittimus et spondemus non trahere aut usurpare in

Consuetudinem aut sequela nec per hoc eorum iuribus privilegiis libertatibus emunitatibus et graciis a nobis aut predecessoribus nostris datis quolibet vel concessis in aliquo successu temporum derogabimus seu detrahemus. Immovemus eadem et quevis alia eorum iura in omnibus eorum punctis clausulis capitulis articulis et condicionibus universis per omnia sana salva et inviolata conservabimus perinde valitura ac si nunquam dicta exactio seu contribucio duorum grossorum civilis ab eisdem foret exacta et recepta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Belz dominica ante festum Sanctorum Simonis et Jude apostolorum Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Relacio venerabilis Stanislai de Kurozwanky canonici Crac. ac Regni Polonie vicecancellarii.

Littera Universitatis Cracovien. super sedecim marcis annui census de domo que Warcholowszka dicitur in platea Castren. penes curiam domini Thanczinszky que nunc vocatur bursa pisanorum et est in ordine 60

Nos magister Jacobus de Schadek decretorum doctor canonicus Cracovien. nec non Rector doctores quoque et magistri alme Universitatis Studii Cracovien. tenore presencium ad rei perpetuam memoriam significamus universis tam presentibus quam futuris. Quod licet domum et aream in Civitate Cracovien. in platea Sancti Andree Castren. sitam que Warcholowszka appellatur venerabilis dominus Johannes

M

n

[Ioannes] Dlugosch Senior Canonicus Cracowien a Nobili Johanne Galka de myedzwiecz eius legittimo possessore pro certa summa pecunie in presencia Serenissimi principis domini kazimiri dei gracia Polonie Regis pro universitate Study Cracovien et signanter pro collegio pauperum Canonistarum velut libera et ad Jus terrestre spectantem resignatam coemit Et domus ipsa cum suis limitibus et pertinencys fuit et est libera et ab omni Jure Civili exempta Quia tamen nobilis et insignis Civitas Crac et eius famosus Consulatus nonnulla onera In Constructione et refectione murorum fontium in locatione vigiliarum et custodia annis singulis perferre consueuit que ut levius ferre possent domum prefatam et collegium Canonistarum per ipsum dominum Johannem Dlugoscz Seniorem novis muris a fundamento muratam ad soluendum annis singulis in festo Sancti Martini Confessoris octo Scotos communis pecunie alias Sedecim grossos perpetuis temporibus subicimus et obligamus In quibus si rector vel Senior Collegy predicti remissus et negligens fuerit licebit Consulatui domum ipsam obserare et concludere usque ad totalem dictorum Octo Scottorum solucionem ¶ Et insuper aliqua persona laicalis siue mas siue femina domum prefatam aut aliqua eius partem cameram testudinem vel cellarium inhabitare contigerit et usum habere fori et Juris Civilis talem ad ferendum onera Civitatis iuxta condicionem statum et artificium suum volumus esse obligatum libertate prefate domus non obstante In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum Crac

Feria tercia ante festum natiuitatis gloriose virginis
marie Anno domini Millesimo quadringentesimo
Septuagesimo quinto Presentibus honorabilibus Ac No-
bilibus ac Nobilibus dominis Magistro Johanne de Po-
znania Seniore Collegii Maioris Magistro Nicolao de Jaro-
slaw magistro Johanne Starochowszky Johanne et Nico-
lao liganza de przeczlaw Nicolao de koprziwnycza
psalmista ecclesie maioris Cracouiensis et aliis quam pluribus
fide dignis testibus

Sequitur Resignacionis Curie siue domus in piothr-
kow dominis Consulibus coram Judicio piothrkowien-
si Jure hereditario Facta Et est in ordine 61 ma.

Acta sunt feria secunda in Vigilia Sancti Andree
Sub anno domini 1462 Coram nobis paulo pa-
wlick viceaduocato piothrkowiensi et Prothoconsule Sta-
nislao Ostoya Michaele landwa Petro vysmolek Ale-
xandro fabro Petro pywko Sebestiano Schobele Petro
Smaydo Johanne Szczebrzuch Juratis Ciuitatis pio-
thrkow bannito In Judicio tunc ipsis residentibus veteri-
bus nostri ad presenciam laboriosus Mathias vna cum
sorore sua Elizabeth dicta Groluthowa Resignauerunt
totam porcionem hereditatis sue que per diuisionem ad
ipsos cessit post mortem ipsorum videlicet Jacobo Vszotha cum
omni Jure et dominio cum graniciis vna cum prato libere
nil dominii ipsis in eadem hereditate reseruantes Ciuitati

Consensus Regius vide folio 140 &

Cracovien. quia resignacoem domini Consules Crac ex pte Ciuitatis Crac susceperunt promittentes pro impedimento iuxta Juris ordinem meidburgen tenet etc

Actum eodem die quo sup etc Venientes dni Consules crac vz hermanus kranz michel ederer Thomas vol mich totius Ciuitat resignata hereditatem ipis hodie p honesta Elizabeth Stolczhowa et mathia fratre eius rogauit qr resignauerunt dantes hereditatem pro hereditate honeste dne katherine Vszczorzina cum omni iure et ptetate uti hodie e ipis libere resignata nil ptetatis vel dominii ipis in eade hereditate reseruan vna cum prato promittentes pro omni impeticion iuxta Juris ordinem meidburgen tenet etc

Actum eod die quo sup etc Veniens honesta katherina Vszczorzina p Clemente budkowszky suum surrogatum recognouit pmutaciong talem fecisse cum dnis Consulibus Crac vz hermano kranz michel ederer thoma vol et martino howner ex pte totius Ciuitatis Crac hereditate supius resignata pro pte hereditatis vz granicies demostrado sicut dns ostoya progsul conspexit incipiendo a coquina sicut hodie e vsq ad arbore olentulum que Smrodina dicit et vltra p pistina ad salitem et a salite p fossatum ad sepem dni plebni et in pto cum transitu cra granicies dni plebni vna cum pita seu pultum als zagon vsq ad aliud fossatum seu transitum aque cum edificiis sup eade pte edificatis cra allodium dni plebni laterib [illegible] vndertin mere quis perme et quatuor mris mediantibus qua hereditate resignata eisdem dnis Consulibus p eundem tutore suum clementem budkowszky libere et cuiuterne cum omni et dominio sicut habuit et possedit pmittet p omni impedimeto etc

Consensus regius vide folio 140 c

Priuilegium Wladislai Hungarie et Polonie Regis In quo continentur duo alia priuilegia vnum Lodouici Hungarie Regis In quo cum Kazimiro fratre suo Polonie Rege conditauit quod Polonie mercatores in Hungariam mercari possint et econuerso Hungari per Polonie Regnum Alterum omnium Prelatorum Baronum procerum et nobilium Regni Hungarie qui hoc ipsum approbant et est 62m

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc Rex Lithwanie princeps Supremus et heres Russie etc Ad memoriam presencium omnium et futurorum Preferenda regis dignitas potestatis prouidencia Regis ceterum terris et gentibus prefecta subiectos sibi prouinsium ipsi tetus Ideo vnanimitate ac quiete pacis tranquillitate inter se fouere fauoris quoque beniuolencia regere et ea quibus eorum vtilitas et profectus acquiritur eis liberaliter concedere tenetur ex debito vt ab eis non solum constantis fidei sumat homagium et obsequiorum munera verumeciam ipsis sub sui regiminis moderamine et pacate acquisicionis comodis in rebus ditatis pro sui regii status conseruacione decenti subditorum tributis sustentanda fructus suis temporibus suscipiat oportunos quoniam exinde eius aula gloria et diuiciis magnificencia laudis preconium accipiat singulare pax etenim et vnio subditorum presertim diuersi generis et terrarum eorum ditacio et profectus existunt principatuum Sane fideles nostri sinceri dilecti Circumspecti petrus

P

Frazer Marcus Theolonator Georgius Quentz
et Seffridus consulares Cives Civitatis nre Crac
nrm accedentes conspectum suis ac ceterorum Civium
mercatorum et incolarum eiusdem Civitatis nostre Crac
in personis Exhibuerunt et pntaverunt nobis quasdam
duas lras unam qdam domini llodowici similiter regis
hungarie predecessoris nri felicis memorie privilegiales
et aliam prelatorum baronum procerum et Nobilium hung
Regni nri hungarie patentes super certis libertatibus
et indultis primum per dictum qdam dnm llodowicum
Regem habita cum dno kazimiro Rege polonie predeces
sore nro certa dispositione et ordinacione ac convencione
pensata qz horum duorum regnorum hungarie vz et po
lonie nunc deo propicio pariter nre dicioni legittime sub
iectorum mutua utilitate in adductione mercimoniorum
et aliarum rerum venalium cunctiqz utrimqz habenda Ac
sumpto a dicto Rege kazimiro huic regno hungarie
et ipsius mercatoribus simili favoris beneficio ac liber
tate in ipo regno polonie procedendi et tandem eodem
domino lodowico decedente per dictos prelatos et barones
ac Nobiles simili pro equali recompensa ipis Civibus
et mercatoribus dicte Civitatis Cracovien in hoc re
gno hungarie modo et ordine in earundem lrarum teno
ribus infra expressis cum eorum mercanciis procedendi
concessis litteras confectas et emanatas tenorum infrascri
ptorum supplicantes nobis suis ac aliorum quorum supra
nominibus humili prece ut quia ipi a quibusdam
preteritis temporibus quibus inter hec Regna et eorum
presidentes mutua guerrarum pluries viguisset excidia

In huiusmodi libertatibus eorum conseruati et iuxta
easdem mercancias eorum ad hoc regnum deferri
facere non permissi fuissent Iam his duobus regnis
mutua amicicia diuinitus colligatis sublatis quod de
medio obstaculis eos pristinis libertatibus reddere et in
eisdem confirmare dignaremur. Quarumquidem litterarum
vnius vero prefati domini Lodouici regis tenor talis est

Lodouici Regis hungarie

Nos Lodouicus dei gracia rex hungarie etc. Notum facimus
vniuersis presentibus scriptum inspecturis quod conuencione
vna cum Serenissimo et magnifico principe domino Ka-
zimiro rege polonie fratre et auunculo nostro charissimo
habita et firmata regnicolarum quod nostrorum vtriusque co-
moditate pensata ordinauimus et vnanimi voluntate
inter nos et inuicem decreuimus. Promittendo nos
Lodouicus rex prefatus bona fide et absque omni dolo
quod omnibus mercatoribus et forensibus hominibus de regno
Polonie et eius partibus ad regnum nostrum hungarie cum
auctore domino presidemus feliciter venire et confluere
volentibus vsque Casscham liberam viam dabimus et se-
curam qui solutis iustis veris et antiquis tributis
seu theoloneis in locis veteribus solui et dari consuetis
Illis presertim que tempore quondam Illustris principis domini
Karoli olim Inclyti regis hungarie genitoris nostri
charissimi clare recordacionis soluebant. Dum ad ciuita-
tem predictam Casschouiensem peruenerint et ibidem tribus
diebus integris commorantes si res mercimoniales per
ipsos ibidem vendicioni exponendas quas exponere
tenebuntur nullus mercator seu alius cuiuscumque

Condicionis homines de dicto Regno nostro uel alii
extranei et alienigene medio tempore comparere volu-
erint Extunc quinto die a prima die incipiendo seu
numerando qua ydem dictam Ciuitatem intrauerint
quocunque maluerint per totum regnum nostrum et extra
libere vadant et proficiscantur merces eorum vendentes
et alias ementes iuxta voluntatem eorum atque nutum
Tributis seu Theoloneis antiquis vt premissum est so-
lummodo persolutis Nos item promittimus eidem fratri
nostro cum omni sinceritate quod tributa seu theolonea per
nos seu nobis subiectos usque ad presens de nouo si qua
adinuenissemus uel fieri fecissemus et hoc mercatores
uel forenses homines et Ciuitatem regni polonie medi-
antibus literis aut antiquorum hominum testimoniis possent
et poterint probare illa cessari et anullari faciemus
nec amodo in antea tale tributum seu theoloneum ad-
inuenire uel fieri facere debebimus ad dampnum eo-
rundem Assumpsimus eidem domino Regi fratri nostro
eciam vt si que tributa seu theolonea ad inuicem
iunxissemus seu transferri et iungi fecissemus illa
ab inuicem separando ad pristina loca reduci et trans-
ferri faciemus Hoc adiecto quod mercatores et alios
cuiuscunque status homines Regni polonie predicti sa-
cre corone regie fideles qui ad regnum nostrum confluere
voluerint soluentes eorum iusta tributa seu theolonea
protegere debebimus atque defensare sicut homines dic-
tioni nostre subiectos quod idem frater noster rex polonie nostris
hominibus in regno polonie et suis dominiis facere
tenebitur vice versa In cuius rei testimonium et fidem

R

Premissorum presentes concessimus litteras nostras pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas Datum Bude vicesima quinta die mensis february Anno domini millesimo Trecentesimo Sexagesimo octavo

¶ Alterius vero dictorum prelatorum baronum et nobilium continencia sequitur in hec verba

Littera prelatorum Baronum et nobilium Regni hungarie

Nos prelati Barones proceres et Nobiles Regni hungarie vniuersi Notum facimus tenore presencium quibus expedit vniuersis quod quia ex eterni prouidencia iudicis de cuius vultu recta Judicia prodeunt Jura prodysse noscuntur vt hy qui iudicant terram Justiciam diligant et respiciant equitatem dum enim Jura huiusmodi debita stabilitate seruantur pacem pariunt perempta materia iurgiorum et dum alterum sibi ledi ab altero non permittitur Illi quibus per ea taliter subuenitur quietatis vbertate fruuntur Absit igitur vt illi quibus huiusmodi Jura reddendi est attributa potestas ab eorum veritate diuertant quod tanto magis censetur horrendum ymo pocius detestandum quanto ille qui est Judex Justus in omnibus vys suis extra preuaricatores Justicie posset non immerito prouocari Sane pro parte vniuersorum mercatorum de Cracouia et alys Climatibus Regni polonie nobis fuit expositum cum querela quod temporibus non diu retroactis sepe contigit quod cum ipsi pannos et alias mercancias suas quas ad hoc Regnum hungarie deferri facerent ad loca ad que olim eciam

Ex indultu Regio presertim quondam Serenissimi
et magnifici principis domini Lodowici bone recordacionis
Regis Hungarie deferri et deportari facere fuerant
consueti deferre et deportare facere permissi non fuissent
sed multipliciter impediti et dampnificati Quare pro
parte eorundem mercatorum fuimus cum instancia de-
bita requisiti vt prouidere eis in premissis de opor-
tuno remedio dignaremur Nos igitur attendentes quod
huiusmodi impedimenti et dampnorum illacio Non
tantum in preiudicium dictorum mercatorum sed etiam ad
detrimentum reipublice huius patrie vergere dinoscit-
ur volentes et congruum reputantes quod mercatores ipsi
de Cracouia et aliis partibus polonie etiam in regno
hungarie viceversa mercatores de regno hungarie
vbilibet in regno polonie eadem gaudeant specialis
prerogatiue fauore et libertate quibus dudum tempore
quondam domini Lodowici regis predicti gauisi fuerunt et
potiti ¶ Tenore itaque presencium statuimus et ordinamus
quod predicti mercatores tam presentes quam etiam futuri
de hungaria videlicet et de polonia cum quibuscumque mer-
cantiis negociacionis causa procedere volentes ad
omnes Ciuitates Opida villas et loca seu terras
ad quas et que tempore quondam domini lodowici regis vt
premittitur eorum mercancias hinc et inde deferri et
deportari facere fuerant consueti et super quibus etiam
litere regales perhibentur gesse libere tute pacifice
et sine vllo impedimento procedere valeant saluis
mercanciis et aliis rebus eorum pariter et personis
districtius inhibentes vniuersis et singulis cuiuscumque

Status Gradus dignitatis et preeminencie existentibus
huius patrie Incolis vt contra Statutum et ordinacionem
nostram huiusmodi venire aut facere quoquomodo pre-
sumant dummodo vice versa vt est prehabitum merca-
tores de hac patria per vniuersa climata regni Po-
lonie cum suis mercancijs negociandi causa similiter
vt tempore ipsius domini Lodouici Regis fuit consuetum pa-
cifice procedere et pagrare permittantur Harum nostrarum
patrocinio literarum Datum Albe regalis feria sexta pro-
xime post festum beati Jacobi apostoli Anno domini Millesimo
quadringentesimo primo Conclusio wladislai Regis

Unde Nos premissis supplicacionibus dictorum Ciuium
nostrorum regia pietate exauditis clementer et admissis po-
tissime cum ex horum duorum regnorum iam concordi pace
vnitorum mercancijs quam et rebus alijs venalibus diuer-
sorum generum quibus nunc vnum nunc alterum habundat
mutuo egencium altrinsecus habendo commercio vtrique
regno vtilitas proueniat prescriptas duas literas non
abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte vi-
ciatas presentibus de verbo ad verbum insertas ex certa
nostra sciencia et animo deliberato de prelatorum et ba-
ronum nostrorum consilio quo ad omnes earum clausulas con-
tinencias et articulos roborandum et ratificandum prefatos
quoque Ciues et mercatores dicte Ciuitatis Cracouiensis
presentes et futuros in dictis libertatibus eorum quibus
alias in hoc regno proceden vigore dictarum literarum
ipsius Lodouici regis gauisi sunt perpetuo relinquentes
Decreuimus et Statuimus eciam nos vt ydem Ciues
et mercatores ipsius Ciuitatis nostre Crac presentes

Et futuri eorum mercancias et res venales ad omnes illas Ciuitates Opida villas et loca ad que tpe dicti quondam domini Lodwici Regis iuxta contenta prescriptarum literarum eiusdem vendicionis causa duci facere admissi fuere et nunc sub nostra protectione omnino eodem modo quo tunc fecerunt deferri et in eisdem vendi facere Et econverso Incole et mercatores huius regni nostri Hungarie ad regnum nostrum Polonie in adducendis et vendendis illac vel pro defendis ab illinc mercanciis et aliis quibuscunque rebus ad loca que tpe quondam Lodowici regis accesserunt accedere et inde expeditis eorum mercanciis secure valeant atque possint Harum nostrarum vigore et testimonio literarum quibus Sigillum nostrum Secretum quo ut rex hungarie utimur appensum est mediante Datum Bude feria Secunda proxima post festum beati Francisci Confessoris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo Ad propriam commissionem domini Regis magister Stephanus de Bud prepositus Albaregalis

Decretum dominorum Commissariorum videlicet dobrogosty archiepiscopi gneznen et Sandziwogy palatini kalisien Inter Craccouienses et lemburgen pro via in thartariam et Walachiam factum pro faciendo Juramento quibus inter eos et quot debent Jurare et est 63

Dat 1396

Nos dobrogostius diuina ac apostolice sedis gratia sancte Gneznen Ecclesie archiepiscopus et Sandziwogius palatinus kalisien ac capitaneus maioris polonie

Generalis Commissary per Serenissimum principem dominum wladislaw regem polonie Et ad infrascripta specialiter deputati Notum facimus quibus expedit vniuersis Quod dudum orta materia questionis Inter Ciuitates et Ciuitatem Crac parte ex vna et lemburgen parte ex altera de et super quadam strata et via publica que ducit versus Tharthariam et walachiam Cracouien asserentibus quod tempore Regis kazimiri bone memorie liberam habuerunt viam et nunc habere debent versus tharthariam et walachiam lemburgen hoc omnino negantibus dicentibus quod Cracouien non debent neque possunt ire vltra lemberga et in lemberga debent emere si volunt merces suas Sic ordinauimus et determinauimus ac tenore presentium ordinamus et determinamus inter ipsos quod vna pars alteri deferat Iuramentum ad probandum intencionem suam Et si contingat Ciues Crac tunc decem ex ipsis debent in Ciuitate Crac Iurare et duo de Ciuibus lemburgen debent mitti Crac ad audiendum huiusmodi Iuramentum Et econtra si contingat lemburgen Iurare tunc decem ex ipsis debent Iurare in lemberga et duo de Ciuibus Crac debent mitti in lembergam ad audiendum huiusmodi Iuramentum Et hanc determinacionem et ordinacionem fecimus inter ipsos Volentes parcere ipsorum laboribus et expensis In quorum testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et datum Cracouie In Crastino beate dorothee virginis et martiris gloriose Sub Anno domini Millesimotricentesimononagesimosexto

Lra Ciuitatis Casschowie super Concordia facta cum Cracouien racione vie in hungariam

Wir Jocob von kylian Richter vnd geschworne burg
der Stad Casschaw bekenne allen den is notdorfft
ist das wir yn vnserm vnd vns gantzen gemeyn
namen mit den Ersame rothmann der Stad Crakow
yn irem vnd der gantzn gemeyn der kron czw polen
namen ein sotzn vorrichtunge haben gemacht das
zy mögen in vnser Stad Casschaw mit iren kauff
manschafften czyhen vnd do niderlegen mit allem
rechte vnd gewonheit als is vor gewest ist Vnd wir
yn ir Stad Crakow vnd forbas yn alle landt als
wir vor gezogen haben sint mit allem rechte sünder
keyn preussen dy weile is nicht gericht ist Vnd welch
teil vnder vns dy vorrichtunge nicht halden wolde
das zal das ander teil fir monden czw vor lossen wis
sen das sy ir gut mogen yderman eyn heim schickn
vnd ir schult ynfordern vnd ein vnvorczugen recht
ein teil dem andern czw zemen schuldigern helffen
des czw eine getzewgnisse habe wir vns Stad yn
gezigel an dizen brieff gehangen Gegeben am tage
mathie des heiligen zwelffboten tage Noch der
geburt Cristi Tawsent dreyhundert vnd yn dem
fir vnd czwentzigesten Jore Vnsers zeligmachers

Instrumentum sub publica manu super quatuor
marcis census de domo in platea wislensi que
burse pauperum est annexa et incorporata et ab
oneribus Civitatis libera Quem censum si pos-
sessor soluere recusauerit per ipsos dominos Consules
aut eorum lictores claudi debet usque ad totalem so-
lucionem omnium retentorum Et est in ordine 65

In nomine domini Amen Ad perpetuam Rei me-
moriam Fragilis humane nature condicio protho-
plasti preuaricacione in suis potencijs sauciata ex-
igit ut ea que sub temporis decursu fiunt litterarum
munimine roborentur si pro futurorum memoria de-
beant perhennari Proinde Nos Johannes de Smyow
decretorum doctor Archidiaconus et administrator
in spiritualibus et temporalibus Ecclesie Cracovien(sis)
Vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris
presentes litteras inspecturis per presentes volumus fore notum
Quod In nostra constitutus presencia Honorabilis Rein-
hardus pauli de myanow altarista ad Sanctam Ma-
riam in Cracovia et nomine famosorum et prouidorum
dominorum Consulum Cracovien(sium) litteris ante omnia Cita-
cionis seu citacionum nostris debite executis in termino ad
hoc statuto contra omnes et singulos sua interesse quo-
modolibet putantes facto reproductis in contumaciam
non comparencium quorum expectatorum a nobis ex
parte dictorum dominorum consulum instanter supplicauit
quatenus certum priuilegium venerabilium et honorabilium

Dominorum Sandziwogy de Thanczin Canonici
Cracovien et Rectoris necnon doctorum et magistrorum
Alme vniuersitatis Study Cracovien ipsorum Sigillo in
Zona filorum albi et rubei coloris Intus de rubea
ab extra vero de glauci ceris subappenden sigillatum
et communitum super quodam annuo censu terragio qua-
tuor marcarum ipsis Consulibus de quadam domo
in platea wislien Cracovie sita soluendarum confectum
ratificare confirmare et approbare decretum quod nostrum seu
Auctoritatem ordinariam apponere dignaremur Vnde
tenor dicti priuilegy est talis Lra Censualis

Nos Sandziwogius de Thanczin Canonicus eccle
maioris Crac necnon rector doctores magistri alme
Vniuersitatis Study Cracovien Significamus tenore
presencium ad perpetuam rei memoriam Vniuersis tam
presentibus quam futuris Quod licet de speciali vo-
luntate beneplacito et consensu Spectabilium virorum
dominorum Consulum Nobilis et insignis Ciuitatis
Cracovien domum lapideam domui aciali burse pau-
perum seu collegio Istchneri ab vna et Johannis morn-
stein partibus ab altera contiguam in platea wislien
sitam apud prouidos Jacobum sartorem et filium eius
ingenui Johannem et Nicolaum gronesky pileatorem pro
certa summa pecunie coemissemus et eidem Istchneri
vnxissemus collegio in prefati collegy Istchneri quod
sine illa velut mutilum et informe videbatur et personare
in illo studys et gymnasys operam dantibus desseruien-
tium amplitudine et profectum Quia tamen prefati
domini Consules Crac ad ferendum onera Ciuilia

domum prefatam ad censum annuum terragium quatuor
marcarum obligarunt unde nos ad removendam omnem
futuram interponendam ambiguitatem obligacionem prefati
census terragii in domo prefata suscipimus et nos ac
utramque domum predictam de cetero in unam uniendam
et coniungendam Gubernatorem Provisorem Seniorem
et Studentes in ea commorantes et commoraturos perpetuis
temporibus annis singulis duas vero marcas quindecim die
bus post festum Sancti Michaelis et residuas vero duas
marcas quindecim diebus post festum pasce proxima Et
sic consequenter annis singulis quacumque desertacione domus
et collegii predicte per discessum vel absenciam hominum
ruinam vel incendium non obstante ad solvendum prefatam
summam quatuor marcarum in predictis temporibus subicimus
et obligamus ¶ Quod si in predicto censu pro
temporibus predictis Consulatui Cracovien fuerimus ne
gligentes vel remissi licebit dominis Consulibus Crac
domum et collegium predictum per se aut suos officiales
et lictores usque ad plenam census terragii neglecti solu
cione concludere et obserare Ad quam quidem conclusionem
et obseracionem nos et domum predictam de certa sciencia sub
mittimus et obligamus Hoc eciam adiecto quod si successu
temporis aliquo casu infortuito dicta domus per incendium
ruinam aut aliquem alium modum desertaretur Et nos
sive successores nostri rector magistri et doctores in
reedificacione et in reficiendo ac in solucione dicti
census essemus sive essent negligentes et remissi
licebit dominis Consulibus Cracovien pro tempore
existentibus dicte domus sive tunc aree actuales

Et realem possessionem apprehendere et eam reedifi-
care Cessantibus hiis in contrarium Controversys
occasionibus et strepitibus Iurium quorumcunque ac im-
pedimentis viri et Universitatis predicte quovis non
obstante In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus
est appensum Datum Cracovie feria sexta post festa pasce
Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo
primo presentibus Venerabilibus et honorabili viris dominis
Johanne Juniore Dlugosch Cracoviensi magistro Jacobo
de Schadeck decretorum doctore Sandomiriensi canonicis
et Olrico plebano in Gieboltow testibus ad premissa
Nos itaque Johannes de pniow Archidiaconus et ad-
ministrator memoratus in dictorum citatorum contumaciam
dicimus expectatorum Supplicationi nomine dictorum do-
minorum Consulum facte Iuri accomode et racioni con-
senc-
annuentes Eo quod iustis supplicantibus assensus non sit
denegandus ad dicti privilegy ratificacionem confirmacionem
et perpetuacionem decreti et Auctoritatis ordinarie
appositionem duximus procedendum et procedimus Illud
quod in omnibus punctis clausulis articulis positis et
expressis In nomine domini Confirmamus ratificamus
et approbamus In et per omnia eidem nostrum decretum
et auctoritatem ordinariam interponentes In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum
presentes literas confirmacionis fieri per notarium publicum
nostrum et facti huiusmodi scribam infrascriptum
subscribi et publicari mandavimus et nostri Sigilli
appensione iussimus et fecimus communiri Actum et datum
Cracovie in Curia Episcopali Anno domini 1461

Folium 64

Indicione Nona pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape Secundi Anno ipsius tercio die vero martis xxi mensis aprilis hora vesperorum vel quasi presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Paulo de Jezewo Kurzelowien et Visliciensis canonico Nicolao de Woyanczyn psalmista in ecclesia Cracovien Mathia de Zakrzow clerico et Alberto de Solyecz laico Gneznen et Cracovien diocesis testibus ad premissa vocatis et rogatis

Et ego Mathias Alberti de Kolo Gneznen diocesis publicus Imperiali Auctoritate notarius prefati quoque domini Johannis de Pnyow etc. facti quoque huiusmodi coram eo scriba qui predictis et presentis privilegii Confirmacioni ratificacioni et approbacioni et Auctoritatis ordinarie Interposicioni Aliisque omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenotatis testibus presens interfui Eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius fideliter meis ex protocollis et notis scriptum aliis me occupato negociis in hanc publicam formam redigendo signavi et me hinc subscripsi Sigillo quoque prelibati domini Johannis Administratoris de mandato ipsius speciali communivi Signo quoque et nomine meis solitis consignavi In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus etc.

Privilegium Kazimiri polonie Regis In quo dum cives Wratislavien ultra depositorium Cracovien in lublin et leopolim ire consuevissent propter usum depositorii antiquitatem decernit ipsos Wratislavien ad loca prefata ultra depositorium ire non debere nec illud privilegio wladislai olim hungarie et polonie regis per ipsos iterum producto perducere posse aut obtinere Et est in ordine 66

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Et si dignitas regia Singulorum subditorum suorum curam agere debeat communiter et id agere quod commoditati et longeve conservacioni eorum conduceret In illos tamen munificencie et decreti Regii libera litatem ac eciam vigorem singularius et particulariter extendere obligatur qui plurimum sui ornamentum primarum et pro augendis censibus Regalibus et incremento communi totis viribus intendunt Proinde Nos kazimirus dei gracia Rex polonie Nec non terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie kuyawie Magnus dux litphanie Russie prussie ac Culmen Elbingen pomeranie que dominus et heres etc Signi ficamus tenore presencium quibus expedit universis pre sentibus et futuris harum noticiam habituris quod licet annis superioribus Serenissimi olim pre decessoris nostri Regis polonie volentes Civitatis Cracovien condicionem facere meliorem et eo maioribus eam fulcire graciis et munificenciis regalibus quo

Dignis prerogativa iuribus cumulaciores fisco re-
gio redderet census et incrementum commodum reciperet
que velud sidus nobilium ceteris collustrans in ob-
regni nostri Civitates tanquam primiciarum regni spectaculum
instar producit decoris sui depositorium generale sub
certis condicionibus et articulis prout desuper tenor
perstringit literarum dedissent et concessissent quo plane
cautum est neminem cum mercibus aut rebus quibuscunque
venalibus vers Crac euntem debere Crac predictam
Civitatem et depositorium eiusdem predictum preterire
nisi prius depositorio satisfaceret Civibus tamen Wrat-
islavien Russiam alias Leopolim et in Lublin sepius preter
depositorium predictum euntibus et inde pretereuntibus pretextu
huiusmodi evasione Inter ipsos ex una et Cives Crac-
ovienses partibus ex altera controversia suborta erat Ex
qua controversia Civibus Wratislavien libertates et
privilegia super depositorio predicto pretereundo se ha-
bere dicentibus Nos prout culminis est regii nullius-
quam iuri derogare in aliquo quinpocius de predictis
Wratislavien iuribus informari et utriusque parcium
iusticiam facere cupientes Commiseramus Reverendo
in Christo patri et magnificis dominis Johanni Episcopo
Jacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Johanne
Tamor de Tharnow palatino Cracovien sincere nobis
dilectis quatenus quocunque competenti die auditis seu
attractis ad coram presenciam utriusque Civitatis Civibus
eorumque iuribus coram recognovissent Civitatis utriusque
iusticiam et quod iustum fuisset iuxta continenciam literarum
coram ipsis tunc producendarum inter easdem decrevissent

Qui licet mandatum et gmissione nram exequentes
terminum assignassent partibus In quo Ciues Crac
Iuri et Iusticie parere pro vt ex gmissarys ipis recepig
parati erant Wratislauien tamen Ciues Iura sua cora
eis producere noluerunt de ipsorum qz gmissariorum nrorum
Iudicio ad nostre maiestatis pntiam et aduentum In
Crac felicem se exceperunt Quibus tunc ibir coram
nobis comparendi terminus prefixus erat In quo termino
quoddam transsumptum sigilli et tituli eorum signifita-
toriales lras wladislai hungarie et polonie regis
germani nri in se gtinen ibir produxerunt cora nobis
Cuius transsumpti vigore liberari se a depositorio Crac
petebant Nos tandem eorum signifitatorialium lrarum
transsumpto recensito debite qz ruminato Considerantes
diem et data tam transsumpti quam signifitatorialium
lrarum transsumpto insertarum lras depository predicti
esse longe posteriorem de Consilio Consiliariorum
nrorum ibir nobis assidencium decreuimus et sentenciauimus
Decreuimus et Sentenciamus in ppetuum lras signifi-
tatoriales predictas regis olim wladislai fratris nri
si eas ipi Ciues habent in preiudicium depository pdicti
Cracouien datas et concessas presertim cum posteriores
sint Ideo qz wratislauien Ciues non debere de cetero
illarum vigore lrarum russiam et lublin versus eundo
depositorium Cracouien preterire sed Cracouiam venire
et descendere Illicque qz exercere negocia mercaturarum
suarum Iuri qz et consuetudini depository satisfacere sub
penis in lris depository contentis In cuius rei testimoniu
sigillum nostrum pntibq est subappensum testimonio lrarum

Actum Cracovie feria tercia post octavas Corporis Christi
Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto
presentibus ibidem Reverendo in Christo patre magnificis ve-
nerabilibus et generosis dominis Johanne Episcopo Jacobo
de Dambno Castellano et Capitaneo Cracovien Jo-
hanne de pilcza russie generali Dobeslao de kurozwinky
Lublinen palatinis Raphaele de Jaroslaw Castellano
Sandomirien et Regni nostri marsalko Johanne Ecclie
Chelmen electo Nicolao de kurozwanky Siradien
Johanne Rapstinszky de Thanczin Wislicien Stanislao
de Ochidlowicz Radomien Johanne Podlodowszky
Zarnowien Castellanis Creslao de kurozwanky
decano Gneznen Cancellario Gregorio de lubranicz
preposito Skarbimirien vicecancellario regni nostri et
alys quampluribus testibus fide dignis ad premissa
Datum per manus Venerabilis Creslai de kurozwanky
decani Gneznen Regni nostri dilecti nobis sinceri
Relacio eiusdem Venerabilis Creslai de kuro-
zwanky decani gneznen et Regni polonie canc(ellarii)

Litera Wilczkonis Subdapiferi Sandomirien ra-
cione domus circa S Egidium ad onera civilia et c 67

C

Noverint universi quorum audiencie presentes fuerint
devolute quod Nos Wilczko Subdapifer Sandomirien
et heres de kyrkow promittimus in hiis scriptis fir-
miter et spondemus honorandis et famosis viris
dominis Consulibus et Civitati Crac ad omnia iura
Civilia in Custodys vigilys exaccionibus collectis

Folium 66

Seu solucionibus aliis quibuslibet de hereditate
nra circa sanctum Egidium sita facienda sicut ceteri
Cives Crac facient et perimitus facere consueverunt
et hoc dilacione qualibet que bonum patris requiren
non obstante Dat sub anno domini millesimo trecentesimo
centesimo quadragesimo tercio In crastino s bartholomei

Lra super domum monialium ex opposito fratrum
predicatorum quod domini Consules illam habent re-
gere et pertinet ad civitatem et tenetur ad omnia
onera Civitatis et est in signatura 6 8m

Noverint Universi presencium noticiam habituri quod
sub anno domini 1352 feria quarta post dominicam
Ramispalmarum Judicium fuit bannitum per advocatum
nicolaum Ameley et per septem scabinos Petrum
Scriptorem Gosslonem de opatowia Johannem chubisth
potske Pestkone de bale Nicolaum de ponte Ni
colaum in valle atque Nicolaum Spiczmer Coram
quo Judicio devota dna soror Elizabeth de dorn
burgk cum tutore suo Johanne scriptore domum sua
et Conventum monialium de dornburgk dicta funda
mentaliter in platea contra monasterium fratrum pre
dicatorum situm ipsi sorori ex successione parentum ac le
gittima devolucione innatam ac in sua parte cum eadem
domo a ceteris uteriniis suis perpetue ac libere seque
strata dominis Consulibus Cracovien qui sunt et pro tempore
fuerint donavit resignavit contulit et legavit sub

Condicionibus infrascriptis videlicet quod in vita et post mortem prenominate sororis elizabeth eadem domus debebit esse sororum et monialium devotam vitam ducentium deo omnipotenti sedulis suis oracionibus ac ceterarum beneficiis ad vota servientium perpetuis temporibus collegium et conventum in animarum memorate sororis elizabeth patris et matris aliorumque parentum suorum predecessorum ac successorum salubre remedium et salutem Adiciendo quod eo tempore quo vita ipsi sorori elizabeth comes affuerit predicti conventus debebit esse rectrix ac in omnibus regulatrix Qua vero de hoc modo sublata domini Consules Civitatis predicte Crac debebunt esse eiusdem conventus tutores ipsumque singulis articulis ac eventibus protegere in omnibus et fovere ¶ Nichilominus quod idem conventus in universis contribucionibus subiacere debeat Iuribus Civitatis In cuius rei testimonium sigillum Scabinorum Crac presenti pagine est appensum Actum Crac Anno die quibus supra presentibus testibus ¶ prenotatis

Littera super domum Monialium in platea Fratrum minorum que est de gubernatione Consulum Et tenetur Civitati ad omnia Iura et onera civilia et est 69

Noverint universi presencium noticiam habituri quod sub Anno domini 1 3 5 2 feria tercia in die Iohannis et pauli beatorum martirum iudicium fuit bannitum per advocatum Johannem Romanczer et per septem scabinos Hermannum Swyrsnast barthkonem fredrici

Hy

Heymannu edelingk Johanne krugilonem Michaele
hunonem de oszwan hankone Romanter atqz Stam
pensatorem Coram quo Judicio deuota dna soror
filia soror mgri martini quondam cu suo tutore Jesse
scriptore domu sua et quentu monialiu fundamentale
in platea fratrum minoru sita qua domu et quentu quam
pluribz annis pacifice et hereditaria possessione habuit
quiete possidendo dnis Consulibus Crac qui sunt
et pro tempore fuerint donauit resignauit Contulit et
legauit sub condicionibz infrascriptis vz qd in vita
et post mortem prenominate sororis Clare eadem domus
debebit esse sororu ac monialiu deuota vita ducenciu
deo omnipotenti sedulis suis oracionibz ac ceteris eoru
beneficiis ad vota seruiencium perpetuis tempibz Collegiu
et Conuentus in amariu memorate sororis Clare patris
et matris aliorumqz parentu suoru predecessoru ac successoru
salubre remediu ac salutem Addimendo eo tempore qd vita
ipsi sorori Clare comes affuerit dicti Conuentus debebit
esse in omnibz regulatrix post mortem vero eius soror
Agnes filia sororis eiusdem dne Clare debebit sue
ipius Conuentus esse rectrix et regulatrix quibz vero de
hoc mdo sublatis dni Consules Ciuitatis predicte
Crac debebunt esse eiusdem quentus tutores ipsm qz in
singulis articulis et euentibus protegere in omnibz et
fouere ¶ Addicionis quod idem quentus in vniuersis
contribucionibus subiacere debeat vt ante omnibus
Juribus Ciuitatis In cuius rei testimoniu Sigillum
Scabinoru Crac presenti pagine est appensu Actu et dat
Anno die quibus supra prius prenotatis

Littera Resignationis fovee lapidee vel saxifragii
in monte lessetino dominis consulibus facte et est 70

In anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo
octavo in vigilia Conversionis Sancti pauli Judicium
fuit bannitum per advocatum Nicolaum Schaffer
et per Scabinos subinscriptos videlicet Jacobum mordbir Petrum
gerersdorff paulum waldtorff Rudolffum Sachs Jo-
hannem pelßwange Nicolaum wolffsdorff Nicolaum
Wolffinger Tilonem zattler hartlibum de Clwtsche
Hermannum krantz et Johannem dornick Coram quo
Judicio katheuscha olim hankonis wollonis relicta
Elizabeth eiusdem domine filia cum suo consorte legittimo
laurencio et katherina eciam filia dicte kathwsche
quarum tutor fuit dominus laurencius personaliter constituti
foveam eorum lapideam in monte lessetino situatam
que fuit olim Jankonis wollonis predicti cum eisdem
Juribus modis et limittibus quibus eandem hactenus
habuerunt et tenuerunt Georgio Arnsbergk et Nico-
lao gostitz pro tunc Consulibus Cracoviensibus no-
mine et ex parte Civitatis Cracoviensis predicte cum
plena faciendi et dimittendi facultate Juris heredi-
tario libere resignarunt et promiserunt pro omni
impeticione secundum Jus Civitatis et legem In
Cuius rei testimonium Sigillum Scabino-
rum Cracoviensium presentibus est appensum

Littera Resignacionis medietatis fovee lapidee vel saxifragi in monte lessetmo dominis Consulibus resignata et est 71^m

Universorum audiencie patefiat quod Anno nativitatis domini 1375 feria sexta proxima ante letare Jerusalem Judicium fuit bannitum per advocatum Nicolaum behem et per septem scabinos submissos Nicolaum eldester Johannem petczin Nicolaum guntsch hanckonem kranch Nicolaum melczer hanckonem merkelsdorff et Nicolaum doleatoris coram quo Judicio henez czipser murator et civis Cracoviensis cum bona et sana mentis deliberacione ultronee personaliter constitutus medietatem suam lapifracture in monte lessetmo iacentem cuius altera medietas ad wolkonem lapifractorem pertinet quolibet eo Jure quo eandem hactenus possedit et tenuit ipsi Civitati Cracoviensi libere resignavit per eandem Civitatem tenendam habendam utifruendam Jure quoque hereditario perpetue et pacifice possidendam nec non in usus prorsus ultroneos convertendam In cuius rei testimonium Sigillum scabinorum Cracoviensium presentibus est appensum

Confirmacio kazimiri Regis super transitum visle ad pristinum statum reducte et est 72^m

Nos kazimirus dei gracia Rex polonie ad noticiam universorum volumus devenire quod ordinacionem per nostrum fidelem bodzantham procuratorem generalem terrarum

Cracouien et Sandomirien etc providis viris nris fidelibus Ciuibus Cracouien super fluuy visle ad pristinum transitum reductione factam ratam et gratam promittimus obseruare In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus appendendum Actum et datum Crac feria sexta post dominicam misericordia domini qua canitur Sub anno domini natiuitatis 1358

Priuilegium Wladislai Polonie Regis In quo pro municione et defensa dat Ciuitati locum Inter pistrinam nouam et flumen rudawe infra domos Canonicorum qui dicitur Zabykrugk in Swiczycz cum omni dominio pro municione Ciuitatis Et est 73m

In nomine domini Amen Ad perpetuam Rei memoriam Cum inter humane nature comoda memoria nichil dignius habeat Oportunum existit vt actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur ne lapsu temporis euanescant Pro inde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Nec non terrarum Crac Sandomirie Siradie lancicie Cuyavie litphanie princeps supremus Pomeranie russie qz dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod Ciuitatem nram Crac que ceteris in regno Polonie Ciuitatibus tam in rerum opulencia quam in hominum habundancia eminencior loco obtinuit principatum ordinare cupientes

Cracouia extollitur

Sarcire meliorem ciuis quam ambitum meliori qua pos-
semus a deo nobis data industria amplioribus
munitionibus fortificare peroptantes vt ab insidiis
hostium tanquam caput et domina Ciuitatum regni nostri
eo tucius valeat preseruari de innata celsitudinis
nostre clemencia Consulibus et Ciuitatis predicte
Ciuibus pro maiori roboracione municione et for-
tificacione tuciori quam conseruacione habitancium in ea
vt tempore nostri felicis regiminis in pacis dulcedine
quiescere valeant et respirare Spacium loci wlgariter
dictum Zabykruk inter piscinam ipsam nouam et flumen
rudawe defluentis muro quam Ciuitatis predicte in-
fra domos Canonicorum et ortum ipsum dictum wlgari
denominacione Kwyezimiecz situatum cum omnibus pre-
dicti loci Zabikruk fructibus prouentibus vsibus
aquis et earum decursibus necnon attinenciis per-
tinenciis et appendenciis ad locum eundem spectantibus
dedimus donauimus contulimus et assignauimus da-
mus quam donamus inscribimus et largimur donacione
perpetua et in euum per eos habendum predictum locum
Zabikruk tenendum pacifice et quiete perpetuis tem-
poribus possidendum ¶ Preterea Consules et ciues
predicte Ciuitatis Cracouiensis in loci predicti situacione
aggeres fodendi et construendi piscinam vnam vel
plures faciendi et instaurandi plenam et omnimodam
habebunt potestatem in qua vel in quibus nullus
penitus piscare aut pisces prendere preter Ciues
et Consules predicte Ciuitatis debet nec debebit
Aggeres quam earum nullus nostrorum officialium vel

Vel quorumcumque aliorum rumpere aut collapsum dare
audebit quos in suo robore decernimus conseruandos
Ito etiam addito specialiter et expresso quod Consules
et Ciues predicte Ciuitatis nostram maiestatem
quociens auspice domino nos feliciter aduenire
Cracouiam contigerit de pistrinis honorare predictis
debebunt. Harum quibus sigillum nostrum est ap-
pensum testimonio literarum Actum in brestcz feria
secunda ipso die Sancti floriani martiris gloriosi Anno
domini Millesimoquadringentesimovicesimosecundo
Presentibus ibidem Reuerendis in christo patribus dominis
Nicolao dei gratia Archiepiscopo gneznensi Andrea po-
snaniensi Johanne Wladislauiensi eciam episcopis
nec non magnificis et Strenuis Sandzivogio de
Ostrorog posznaniensi Jacobo de koniecpolye Sira-
diensi Et mayczkone de labischin Junivladislauiensi
palatinis pluribusque aliis tunc presentibus nostris fide-
libus fidedignis Datum per manus Reuerendi
in christo patris domini Alberti dei gratia Episcopi Crac
Regni polonie Cancellarii Et Venerabilis Joha-
nnis decani Cracouiensis regni eiusdem polonie
Vicecancellarii nobis sincere dilectorum
Ad relacionem eiusdem Venerabilis domini
Johannis decani Cracouiensis Regni polo-
nie vicecancellarii

Litera Kazimiri polonie Regis Sub Sigillo maiestatis subappenso super allodium vicinum Ecclesie sancti Nicolai Hankoni Romanecz resignato quod quidem est in Grzegorzkowicze villa civitate situatum sub dominio Consulum et est 74m

In nomine domini Amen Ne res gesta coram regia magnificencia aboleat processu temporum oportunum est ut eas roboret solempnitas tituli literarum Ea propter Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Universis tenore presencium potitis Recognoscimus profitentes quod in nostra nostrorumque baronum presencia constituta Nobilis femina domina Agnes filia petri olim dicti Zaya sana et incolumis mente et corpore non compulsa neque per aliquem errorem seducta Sed cum bona deliberacione et consilio Amicorum suorum Allodium suum vicinum ecclesie sancti Nicolai Ante Cracoviam quod quidem eo pretextu ad eam devenerat quia maternalem hereditatem dictam Zadow contingentem eam nomine dotis Andree marito suo commutatorie ex nostro et baronum nostrorum iudicio communi et assensu dedit fideli nostro Hankoni dicto Romanecz Civi Cracoviensi pro centum septuaginta marcis grossorum pragensium et pro veste Scarletica integra sibimet et pro alia beformita dicto marito suo etiam assistente tunc coram nobis et nostris baronibus et consenciente ad vendicionem dicti allodii Necnon renunciavit omni Iuri quod sibi vel suis heredibus seu amicis quibuslibet in dicto

Allodio competeret a semetipsa et ab omnibus pro
genitis suis et propinquis quibuscumque cum omnibus
iuribus et toto dominio velud sola tenuit vendidit
expresse et resignavit eidem ipso marito suo dictum allo
dium cum universis pertinenciis suis memorato Han
kom et suis heredibus in perpetuum iure hereditario
tenendum habendum donandum vendendum commutandum
pro sua et uel posterum suorum voluntate convertendum
Que omnia nos ob eorum omnium votivas instancias
habentes rata grata atque firma eidem Hankom
hanc dari iussimus literam munitam nostro regio insignio
in robur et testimonium omnium premissorum Actum
Crac in octava beati Michaelis Archangeli Anno
domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto
presentibus hiis nobilibus nostris Spiczmiro castellano
Ymbramo palatino Sbigneo Cancellario Jasscone
[illegible]ura subcamerario Dobeslao subdapifero Petro Ne
cza tribuno Cracoviensibus domino Petro preposito
Ecclesie beati Floriani et vicecancellario aule nostre
per cuius est manus datum

Privilegium Kazimiri Polonie Regis super
villam Dombye in littore Visle situm sub appen
sione maiestatis monachis in Mogila datum
cum pleno iure et dominio et de locacione tha
berne in fine pontis super paludem Czirzini
que nunc lapidea thaberna dicitur et est 75

In Nomine domini Amen Quoniam vt ait
apostolus omnes stabimus ante tribunal iudicis pro vt
gessit vnusquisque in corpore recepturi Propter quod Nos
Kazimirus dei gratia Rex Polonie Necnon terrarum
Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie
Pomeranie que dominus et heres Iuxta progenitorum no
strorum largitiones cum quibus vt feliciter tribunali
tam districti iudicis assistamus Ergo ob eterna pre
mia et remedia omnium nostrorum peccaminum Ex nunc
hereditatem nostram Dombye Polonice dictam contiguam
nostre Civitati Crakow super littus visle iacentem
Domui Mogilen seu cenobio fratrum ordinis cister
ciensis prope Crakow sito cum omnibus Agris cam
pis pratis silvis nemoribus pascuis et cum vtrisque
littoribus visle ac piscatoribus sitis in suis gadibus
ab antiquo Necnon cum omni Iure et toto dominio
secundum quod soli tenuimus cum vniversis pertinencijs
ad ipsam ac cum singulis vtilitatibus nunc ibi infor
matis aut per eorum providenciam in futuro infor
mandis damus tradimus et titulo perpetue donacionis
conferimus irrevocabiliter et expresse tenendam et secundum
oportunitatem ordinis guvernendam Insuper dicte
Domui Mogilen ac fratri Johanni benemerito et
digno eiusdem cenobij abbati et fratribus locandi
tabernam in fine pontis iacentis per paludem Czi
zim in eorum bonis et in eadem taberna vendendi
omnia tabernalia damusque damus et elargimur omni
modam facultatem Que omnia et singula premissa
ac premissorum quodlibet presentibus gratiuo et nostro

Regali insigno Roboramus Actum Cracouie die
sancte Dorothee virginis Anno domini Millesimotrecen-
tesimoquadragesimo octauo presentibus hiis Nobilibus
videlicet Jasone Jura Sandomiriensi Imbramo Crac
palatinis Janussio decretorum doctore Hermanno
procuratore generali Poznano konarszky Sprzymito
Sandomiriensi subpincerna Abraham et alys multis
fidedignis Datum per manus domini Sbignei Can-
cellary nostri Cracouiensis Nicolaus autem Gneznensis
Canonicus notarius noster hoc scripsit

Instrumentum publicum in quo totus Conuentus de
mogila constituit ex se quatuor cum pleno mandato
ad resignandum villam dombye Consulibus Crac
et ciuitati Crac titulo permutationis pro alys
hereditatibus videlicet in monakowicze et in longk
ad quas emendas iiii domini Consules dederunt
eidem monasterio et abbati iiii c marcas et c 76m

In Nomine domini Amen Sub anno Natiuitatis
eiusdem Millesimotrecentesimooctuagesimo Nono In-
dictione duodecima septima mensis January hora no-
na vel quasi Pontificatus Sanctissimi in Cristo patris
et domini nostri domini Vrbani superna prouidencia
pape Sexti moderni Anno vndecimo in stuba li-
gnea domus habitacionis Venerabilis in Cristo patris
domini Petri diuina paciencia abbatis de Mogila
alias de Claratumba Cisterciensis ordinis Cracouiensis

Diocesis In monasterio eodem In mei publici no-
tarii infrascripti testium que infrascriptorum ad hoc vo-
catorum specialiter et rogatorum presencia Religiosi viri
Henricus portarius Henricus confessor Henricus de
Strigonio Michael fornarius Nicolaus monsterbergk
Nicolaus rector curie de worczimcze Nicolaus magister
conversorum de Reythembach Paulus Helen Bartho-
lomeus de Cracowia Petteritsch Severinus custos
Johannes Reichembacher Petrus infirmarius de missa
Jacobus de Cracowia Johannes de Sandomiria
Arnoldus Laurencius de Brega nomine ipsorum et tocius
conventus monasterii de Claratumba predicti personaliter
constituti fecerunt et constituerunt et pro ut melius po-
tuerunt ordinaverunt suos veros et legittimos pro-
curatores actores factores sindicos et nuncios speciales
Religiosos viros Stanislaum priorem Johannem
subpriorem Paulum claugerum Nicolaum procuratorem
dicti conventus et monasterii ibidem personaliter constitutos
ac presentes et in se onus procuracionis sponte suscipien-
tes in causa et causis contractus initi inter eosdem
Abbatem priorem fratres et conventum predictos ex una
Et Circumspectos viros dominos Martinum Warsowsky
Petrum Melczer Nicolaum Bonhner Petrum Gerarsdorff
Necnon omnes et singulos Consules Civitatis Crac.
eiusdem parte ex altera de et super quadringentis marcis
per eosdem Consules predictis Abbati et Conventui
assignatis et datis ad comparendum et emendum he-
reditates videlicet in Monakowicze pro ducentis quinquaginta
marcis et in Lonck pro Centum et quinquaginta marcis

Grossorum pro monasterio in mogila predicto et in locum
et vice earundem hereditatum emptarum et super resigna
cione hereditatis in dombye nomine et titulo permutacionis
per ipsos abbatem et Conventum fiende nec non recognicionis
tocius facti et ordinacionis inter partes easdem Coram
honorabili viro domino Simone archidiacono Cracoviensi
Conservatore Jurium ipsorum abbatis et Conventus et mona
sterij a sede apostolica deputato dantes et concedentes eisdem
suis procuratoribus in solidum plenam et omnimodam potestatem
ad recognicionem resignacionem permutacionem obligaciones ad
penas et ordinacionem super articulis omnibus et singulis de
dampnis expensis aliarum hereditatum quas in Ciuitate Crac
obtinent sub institis macellis brazeatorijs braxatorijs cy
rijs et domibus loco dicte hereditatis dombye si et in quantum
in eadem dicti Consules Cives et Ciuitas Cracovienses
impedirentur a Regia Reginali et qualitercumque alia seculari
potestate a Superioribus abbatibus visitatoribus ab ordine
ab apostolica sede a delegatis eiusdem vel ab ordinarijs faci
endis nec non ad omnia et singula facienda que in premissis
et contractis ordinacionibus obligacionis instrumentibus sunt
necessaria seu oportuna Promittentes omnia rata grata atque
firma perpetuo tenere et inviolabiliter observare quecumque
per dictos ipsorum procuratores acta facta et ordinata fue
rint in premissis et quolibet premissorum iudicio sisti et iu
dicatum solui sub omnium bonorum suorum et dicti monasterij
obligacione ypotheca Super quibus omnibus et singulis
predicti fratres et conventus per me notarium publicum infra
scriptum presens procuratorum scribi et publicari pecierunt
et sui Conventus sigilli appensionis munime fecerunt roborari

ypotheca

Acta sunt hec Anno Indiccione die Mense hora
loco pontificatu quibus supra presentibus discretis viris
dominis magistro Nicolao Andree de Wislicia Stanislao
Cristini de Ilza notarys publicis Crac. Johanne Petri
de Zary Janussio alberti de Gromoczicze Wratislauien.
Janussio martini de Cracouia henrico Nicolai de
Lybno Johanne Alberti de bythom Crac diocesum ac
alys quampluribus fidedignis testibus ad premissa
vocatis specialiter et rogatis Subscripcio Notarij

Et Ego Jacobus Andree de langanow Clericus Crac
diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius predicte
dicte procuratorum constitucioni ratihabicioni promissioni
causarum articulorum predictorum preexpressioni ac omnibus
et singulis premissis dum sic vt premittitur agerent
et fierent vna cum testibus prenotatis presens interfui Eaque
sic fieri vidi et audiui et fideliter conscribens in hanc
formam publicam redegi Sigillo quoque subappenso supradicti
Conuentus signo et nomine meis solitis consignaui in fidem
et testimonium omnium premissorum

Confirmacio Episcopi Crac cuiusdam Sentencie
arbitrarie Inter plebanum ad Sanctum nicolaum ex Ro-
mana curia cum tribus conformibus sentencys et suis
executorialibus in ea re venientem et kmethones de
grzegorzkowicze qui singulis annis tenentur plebano
ad S nicolaum dare pro festo S martini vna vice
tantum sex grossos Et pro impensis soluerunt 12 vlnas panni
bruslien et subductura pellibus vulpinis Aut mercs

Sedecim cum una mitra vario subducta et est 77ⁿ

In nomine domini Amen Ad memoriam sempiternam
quoniam tunc multis errorum et dubiorum incomodis
prudenter occurrimus dum Gesta etatis nostre literarum
apicibus et fidedignorum annotacione testium perhennamus
Proinde Nos Albertus dei gracia Episcopus Cracouiensis regni
polonie Cancellarius Significamus tenore presencium quibus
expedit Vniuersis tam presentibus quam futuris noticiam
presencium habituris Quomodo Prouidi viri Consules
Ciuitatis Cracouiensis ad nostram venientes presenciam nobis
literas Religiosi fratris prepositi monastery Sancte Hedwigis
extra muros Cracouienses ordinis Sancti Augustini dominici
Sepulcri Istam Arbitri et arbitratoris et Amicabilis
compositoris sentencie arbitrarie per ipsum vigore compro
missi in ipsum facti inter discretum virum Kelcmer Rectorem
Ecclesie Sancti Nicolai prochialis extra muros Cracouienses
ex vna et Prouidos viros Nicolaum Czmdel Nicolaum
Tylonis alias muthmyrz Swentoslaum zydz Mykonem
Czeplewycz Petrum Czoplewitz Albertum woenthek
Paulum Sem Stastkonem Zarbowitz Mathiam orzel
et thomam Laycos Incolas de villa grzegorzowicze
parte ex altera de et super quadam decima manipulari
post ipsorum Incolarum ibidem in Grzegorzowicze proveniente
et ipsius occasione late et promulgate in pergameno scri
ptas ipsius cum Sigillo et dicti Kelry dependentibus si
gillatas exhibuerunt petentes cum debita Instancia quatenus
literas huiusmodi Sentencie Arbitralis ratificare

Approbare et Confirmare dignaremur quarum tenor
de verbo ad verbum sequitur in hec verba Tenor littere
In nomine domini Amen Nos Nicolaus prepositus monaste-
rii beate hedwigis extra muros Crac ordinis sancti augu-
stini dominici Sepulcri Jherosolimitani vnicus arbiter
et arbitrator ac Amicabilis Compositor inter hono-
rabilem virum dominum kelcium rectorem Ecclesie sancti
Nicolai extra muros Crac ex vna et providos viros
Nicolaum Czindel etc (quorum nomina sunt pronotata) laicos
kmethones de grzegorzowicze parte ex altera electus
nominatus et cum effectu ad infrascripta comportatus per
eosdem Vniversis et singulis quibus expedit tam presentibus
quam futuris presentes nostre Sentencie arbitrarie laudi et
pronunciacionis in se continentis seu presentis publici instru-
menti inspecturis et earundem noticiam habituris cupimus
fore notum Quod cum causa et materia questionis inter
partes predictas verz inter ipsum dominum kelcium rectorem
sancti Nicolai tunc actorem et predictos Nicolaum Czin-
del etc laicos tamquam reos de et super decimis manipu-
laribus expensis et aliis factis et tamsis in Curia
romana coram diversis Judicibus vertebatur Idem quoque
dominus kelcius in quamvis predictorum Nicolai Czindel etc
tres sentencias diffinitivas conformes pro se et contra
dictos Nicolaum Czindel etc in causa eadem contra pre-
dictos kmethones reportaverat Executoriam quoque super
dictis tribus sentenciis diffinitivis ac expensis in hu-
iusmodi lite factis exequendi in christo patre ac domino
Stephanum de [illegible] episcopum Wlteranen executoribus ad id pro
dilectissimum in christo patrem et dominum Johannem divina providencia

Papam cum clausula quatenus vos uel duo aut vnus vestrum et deputati Idem dominus Keltrus contra eosdem slauos seu kmethones extraxerat pro vt plenius ex predictis ac dictis sentencijs diffinitiuis et executoria continebatur Tandem partes predicte volentes hinc inde parcere sumptibus laboribus fatigis et expensis cupientes quam mutua amplectere concordia In Nos tamquam vnicum arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem et communem amicum de omnibus questionibus litibus Controuersijs lit(ib)us processibus Sentencijs diffinitiuis ac executure ac appellacionibus quibuslibet et alijs omnibus et singulis Iudicarijs strepitibus tendentes de alto et basso coram nobis et Mathia Nicolai de Slup notario publico infrascripto compromiserunt Nos itaque Nicolaus prepositus predictus vnicus arbitrator arbiter et amicabilis compositor pro bono pacis et amore predictarum parcium huiusmodi compromisso per nos recepto et omnibus que dicte partes pro se ipsis et aduocatos suos coram nobis verbo dicere uel ostendere scriptis voluerunt visis et diligenter auditis et eciam hincinde masticatis et examinatis omnibus et singulis predictis ex vi et potestate per predictum compromissum nobis traditum pro bono pacis et amore predictarum parcium amicabilis compositoris de consensu et voluntate earundem per manuum solempnem stipulacionem nobis et notario facte Sentenciam huiusmodi nostram arbitrariam et laudum et pronunciacionem in se continentem promulgauimus in scriptis In hec verba ¶ Cristi nomine inuocato et ipsum solum pre oculis habentes Nos Nicolaus prepositus monastery

Sancte Hedwigis extra muros Cracovien ordinis domini
Augustini domini sepulcri Jerosolimitani tamquam arbiter ar-
bitrator et amicabilis compositor unicus Inter honorabilem
virum dominum Johannem Kelcium Rectorem ecclesie Sancti Nicolai
parrochialis ex una Et Nicolaum czindel sive Saytos
incolas seu kmethones ville in Grzegorzkowicze crac
diocesis parte ex altera electus de et super decimis per
omnes et singulos agros araturas et labores omnium et
singulorum kmethonum et incolarum dicte ville grzegorzko-
wicze ad dictam Ecclesiam Sancti Nicolai Jure parrochiali
spectancium per hanc nostram sentenciam diffinitivam pronun-
ciamus decernimus et declaramus quod dicti kmethones
de Grzegorzkowicze et ipsorum successores singulis annis
ad festum Sancti martini unam marcam cum sex grossis communis
monete in regno Polonie decurrentis racione predicte
decime ipsi domino Kelcio uel rectori pro tempore dicte Ecclesie
Sancti Nicolai existentis perpetuo soluere tenebuntur Idem
quoque dominus Kelcius omnia Iura sua tam sentenciam diffinitivam
tam eciam executoria quibus in dicta causa in Curia
romana et ubicumque triumphavit det et tradat dictis
kmethonibus cum effectu dictisque Juribus renunciare per-
petuo tenebitur Que omnia et singula tam Iura quam
privilegia et super dicta decima in Grzegorzkowicze
irritamus et cassamus per presentes nec eiusdem domini Kelcii
successores super eadem decima causam in posterum dictis
kmethonibus Nicolao czindel etc de grzegorzkowicze et
ipsorum successoribus movere debent Sed de dicta marca
cum sex grossis monete superius descripte debent esse con-
tenti predicti quoque kmethones pro expensis in lite habitis

In Curia Romana et alibi per dictum dnm Kelcium
occasione predicte decime facte eidem dno Kelcio sedecim
marcas aut duodecim vlnas panni bruslien(sis) et subdu
cturam pellibus vulpinis cum vna mitra vario subducta
soluent cum effectu Quod si aliqua parcium dictum
nrm laudum arbitrium et compromissum violaret ex tunc
pars non tenens iuxta penam per nos vallatam dictarum
marcarum Centum marcas parti tenenti et alias Centum
nobis tunc arbitro aut loci ordinario pro tempore existenti aut
Camere aplice sub penis excommunicacionis et aliis bene
ficiis circa talia fieri consuetis hiis saluis soluere tenebitur
Ad quam penam soluendam partem violantem dictum nrm
compromissum de consensu dictarum parcium condempnamus per
presentes Post cuiusquidem sentencie nre diffinitiue arbitrarie
fuimus per prefatos Nicolaum Czindel et kmethones sepedicte
ville et pro parte ipsorum cum debita instancia requisiti vt
ipsis eandem nram sentenciam sub manu publica ac sub
appensione nostri sigilli dare et decernere curaremus
Nos itaque visis et attentis ipsorum iustis et racionabilibus
peticionibus prefatam nram sentenciam per mathiam Nicolai de
Slup notarium auctoritate Imperiali publicum nrmque et
facti huiusmodi coram nobis scribam scribi et publicari et nri
appensione sigilli iussimus et fecimus communiri et roborari
Actum et datum Crac in pretorio in stuba maiori consulum
Anno dni Millesimo quadringentesimo quintodecimo die 20
mensis January hora tercia vel quasi Indictione 8 pontifi
catus sanctissimi in xpo patris dni Johannis pape xxiii Anno
quinto presentibus ibidem Nobilibus et Circumspectis
Viris Michaele longo Nicolao de byecz Nicolao

Tyzlingk Caspar bes(ma)ng Remigio alb(us) fredrich Ni-
colao de lypnick Nicolao longo Johanne fredland Co(n)su-
libus Crac(oviensibus) testib(us) ad p(re)missa vocatis sp(eci)alit(er) et rogatis
Et ego mathias Nicolai de Slup cl(er)ic(us) Crac(oviensis) dioc(esis) et
imp(er)iali auctoritate notari(us) p(re)dicti d(omi)ni arbitri s(cripsi)
Nos vero predictoru(m) Consiliu(m) Ciuitate Crac(oviensis) hui(us)mo(d)i
petit(ion)e paterna beniuolentia annuentes p(re)dictas l(itte)ras s(e)n(tent)ie
arbitrarie hui(us)mo(d)i in o(mn)ib(us) earu(m) p(ar)ti(bus) su(m)pt(is) et clausul(is)
(con)dicionib(us) et articulis ratas et gratas habentes appro-
bam(us) ratificam(us) et p(rese)ntis scripti patrocinio (con)firmam(us)
decernentes ipas obtinere robur p(er)petue firmitatis In cuius
rei testimoniu(m) Sigillu(m) n(ost)r(u)m p(rese)ntib(us) est appensu(m) Actu(m)
et dat(um) in Vsthow feria q(ui)nta proxima p(ost) festu(m) omniu(m)
S(an)c(t)or(um) Sub Anno A Natiuitate d(omi)ni Millesimoq(ua)dri(n)-
gentesimosextodecimo Indic(ti)one Nona Sede ap(osto)lica pastore
vacante p(rese)ntib(us) (honor)abilib(us) discret(is) viris M(a)g(ist)ro domino
de boyardis de firmo domino Johanne de Brodi s(upra)s(criptis)
testib(us) circa premissa et [illegible] alijs plurib(us) fidedig(ni)s

L(itte)ra Johannis de Thanczin Castellani Cracouien(sis)
et regni polonie Capitanei In qua Ortu(m) retro
Ecclesiam S(anc)ti Nicolai per plebanu(m) ip(s)ius Ecclie
violenter occupatu(m) Ciuitati adiudicauit possidend(um)
78

JOHANNES de Thanczin Castellan(us) Crac(oviensis) nec
non regni polonie Capitaneus quib(us) expedit tenore
p(rese)ncium recognoscim(us) Vniuersis et singulis Q(uo)d cu(m)

Providi Viri Consules Cracouien discretum virum dnm
Clementem rectorem Ecclie Scti Nicolai in Suburbio
Crac pro quadam hereditate seu orto retro eandem Ecclesiam
Scti Nicolai sito circa prosthowsky ad nram citari pricia
legittime procurassent et vtraqz parcium in debito termino
coram nobis comparuisset Cum qz per Consules predictos
Cracouien contra predictum dnm Clementem rectorem qua
liter idem dns Clemens confractis per violenciam ipsius
hereditate seu orti ipsorum predicti sepibus et munimentis
per ipos Consules factis ipam hereditatem seu ortum
vt predicitur violenter contra deum et iusticiam possideret
Ipse vero dns Clemens Scti Nicolai plebanus predictus sic
ex aduerso respondit quod quidem per me factum est hoc de
liberate et in mea factum est hereditate quam vidi per
ipos Consules Crac nulla deposcente iusticia sepibus
quasi pro se vsurpando circumcinctam in meum et ecclesie
mee predicte non modicum dispendium et iacturam ¶

v

Nos igitur licet iuxta Juris ordine terrestris ad conspiciendum
ipam iniuriam ministeriales debuissemus illuc transmisisse
Tamen volentes ipius facti cercius experiri veritatem
illuc propria descendimus in persona Et dum singula ibidem
propris conspexissemus oculis ipos qz tunc Consules predictos
dum interrogassemus quo probare possent eandem ipsorum
esse hereditatem ipi respondentes ipam hereditatem seu
ortum esse ipsorum ab antiquis temporibus priuilegiis rega
libus euidenter se velle docere efficaciter obtulerunt
Ipse qz dns Clemens predictus ipam hereditatem predictam
ad suam antiquitus ptinere ecclesiam etiam ex aduerso
sic probaturum priuilegiales per litteras se totaliter offerebat

x

Nos igitur attentis hinc inde talibus probacionum dimicacionibus et controversiis omnino nodosis ambabus terminum peremptorium assignavimus partibus ad colloquium generale. Tandem ipso predicto peremtorio termino adveniente et finali, videlicet colloquio in generali ambabus hinc inde predictis partibus personaliter constitutis ipsi Consules Crac. hereditatem ipsam seu ortum predictum ad ipsos iure pertinere satis autenticis docuerunt privilegiis ibidem coram multis baronibus in colloquio generali. Dictus vero Clemens plebanus ecclesie prefate pro ut aliqua habere se asserebat, idem vero negabat se habere aliqua privilegia super orto seu hereditate predictis, divino dumtaxat hoc ipsum iudicio committendo. Unde nos visa predictorum Consulum Crac. sufficienti probacione, ipsius vero domini Clementis predicti seu parte sue probacionis attento defectu, habito super hoc cum dominis iudice et subiudice ac aliis tunc in colloquio ipso generali sedentibus consilio, Consulibus Crac. ipsam hereditatem seu ortum predictum perpetue possidendum decernimus diffinitiva nostra sententia mediante, ipsi quoque domino Clementi et ipsius successoribus qui pro tempore fuerint ipsius Sancti Nicolai rectoribus ecclesie super petenda hereditate seu orto predictis perpetuum silencium imponentes. Harum quibus sigillum Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum Crac. feria tercia post diem festi Sancti Stanislai in mayo in colloquio generali Anno domini Millesimo quadringentesimo primo. Presentibus dominis Michaele iudice, Dobeslao subiudice generalibus terre Crac., Jacussio procuratore generali terre crac., Wachinkone et Jacussio camerariis, Nicolao notario generalibus et aliis pluribus

Lra abbatis et Conuentus de Mogila sub eorum sigillis super graniciebus inter ipsos et Ciuitatem et super hereditates quas habent in Ciuitate et generaliter continet omnem concordiam de singulis contro-uersiis inter ipsos et Ciuitatem habitis Et est 79m

Wir paulus von gotis gedolt Apt Stanislaus preyl va-
lenting vnderpreyl Bartholomeus kelner Niclaus
ederer bursner ffrancistus fortner Niclas hoffmeister
czw cyczow Michael Zichmeister Niclaus Cantor
Johannes kornmeister mit der gantzen samelunge des Co-
uentz vnd Closter czwr mogel des ordens von cistercio
Bekenne offentlich mit disem briffe das wir von vnsirn
vnd all vnsir nochkomelinge vnd vnsers closters wegen
mit den Ersamen hern Rothmann der Stad Crokaw
als her peter fetter Jorg Swartz wilhelm wylanndt
peter grazer dittrich weinrich Bernhardt vom berge
hans hoze vnd Niclao alberti von irem vnd allen irn
nochkomelingen vnd der gantzen Stad wegen ein sulche
fruntliche vorrichtunge vnder vns zelbin gemacht vnd ver-
libet habin vnd bederzeit gelobet haben vnd geloben
festiglich ewiglich czw halden ¶ Czwm ersten zo habe
wir yn der Stad grentz dy czwusschen yn vnd vns
yn czwetracht gewest ist guttlich vnd fruntlich frey
gelossen von allem ansproche vnd hindernisse nw vnd
ewigk Alzo mit namen das von der steynbrucke
hidest czum nicht ferre vom anheben der zelbin steyn
brucken keyn Crokaw wert an der stad do etczwen das

Das wasser yn eyner flutzyne durch dy brucke gegangen hot den langen graben geruchte vff zam noch der schnur bis an den acker des dorfes pratze do eyn mogel vff der ho ist vnd eyn steyn do bey geleget vnd von dann forbas noch aws weysunge der brieffe welchen obgenan alden graben vnd gremtz zy haben lossen bas offwerfen vnd vorneuwen mit widerlegunge der vorsenckten vnd czwfallen wegkstucke vnd mit erhebunge der czwtreten vnd vorschlemiten merkunge vnd czeichen zal der Stad gremtz zeyn vnd der Stad gremtz bleyben von vns vnd vnsern nochkomelingen vngehindert vnd geruseamlich tzw ewigen tagen noch deme als denne dy Stad vorczeiten der zelbigen gremtz ymhaldunge mit sampt dem dorffe dombye wider das obgenan vnser Closter yn wechsels weyze gekawfft hot vmb ander gekawffte gutter also vyl als vmb fumffhundert margk grosschen. Item von der vorhaldunge wegen des Czenden do zelbest tzw dombye der von der czeit wider der Stad noch dem Closter worden ist sint auch all ding hin geleget ewiglich vnd getiliget Item zo haben vns do kegen vnser erbe alle dy wir auff dyze czeit haben yn der Stad als vnser hoff bey dem Spittal vnd drey meltzhewser mit andern tzw gehorenden hewsern vnd hoffstetin do bey do zelbest ligende zy zeyn gebawet ader nicht vnd besetzet ader wuste vnd dor tzw drey fleischbencke vnd czwene krome schoss frey gelossen vnd von aller burgerlicher mitleydunge vnd stewer vnd dinste aws genomen als vyl als dy Stad angehoret gleich andern freyen erben yn der Stadt tzw Ewigen tagen

Alzo mit namen das alle ynwoner vnd dy yn den zel
ben sitzen erben werden dy der Stad burgerrecht habn
werden sullen sust der Stad alle recht thuen gleich an-
dern mitpurgern ak aws genomen was sich von den ob-
genantn erben der stad geboren worde ¶ Item als wir
der Stad yn vyl vorn keyn geschosch noch recht geton
haben von den obgenan erben das haben sy auch vns
frintlich derlossen vnd dor czw vnser busse vn den wir
vnd vnser closter von alters her hatte vorbunden sint
gewest czw alle derley Stad recht dy haben sy vns
gantz widergeben ¶ was den czenden czw Dombye an-
trit vnd czw der czeit des obgenan wechsels gehort
hot czw dem obgenan vnserm closter czwr mogel den
sulle wir vnd vnser nochkomelinge gentzlich fort neme
noch rechter czeitiger aws steckunge alle yor ierlich czu
ewigen tagen ¶ Item vnser wasser aws vnserm melczhew-
sern bey dem Spittal gelegen das bey lange czeit yn
der Stadgraben gegangen hot czw schaden der an
nderfellunge der mawr vnd vorschlemunge des grabens
das haben sy vns gelobet sust anders wo bequemlich
czw leiten beawssen dem Stad graben do ys beyde
vns vnd der Stad leydlich zem wirt vnd bequeme
¶ Item vnserm hoff den obgenan bey dem Spittal gelegen
den haben sy vns gelobet yn aller freyheit czw lossen
gerichtiglicher vnd angriffliche schonunge als ander
geistlicher personen hoffe billig flegen mit yn czw
haben aws genome was dewberey ader and
frisbloze zachen weren dy von rechtes wegen billich
keyn freyet pflegen czw haben ¶ Item Antderczeit

B C D E F G

Das yn der koniglichen hantfesten ob' das dorff dombre
dy wir der Stad von vorwechselunge wegen des zelbn
dorffes gegeben haben auch ynn Stet von dem kretze
zcw Czirzm wy das konigk kazmir zeliges gedechtnis
unsrm Closter Czwr mogel folle macht gibet eynen
kretzem do zelbest tzw bawn tzw tzirzm an der steyn
brucken der itzunder do gebawet ist vnd der ynn tzw
schencken vnd tzw vorkawffen alles das yn andern
kretzem gewonlich vnd billigk ist tzw vorkawffen
zo bekenne dy obgenatn hern Rothmann das der
zelbig kretzem an der steinbrucke tzw tzirzm gelegen
des obgenant vnsers closters tzwr mogel ist mit sampt
dem dorffe tzirzm vnd haben vns gelobet an den zelbn
rechtn vnd besitzunge des zelbign vnsern kretzems e-
wiglich nicht tzw hindern ¶ Item noch tzw merer der-
tzeigunge fruntschafft zo haben sy vns derlobet das vn-
sers kretzems fye do zelbest an der Steinbrucken tzw Czi-
rzm das seyn eigen fye ist vnd tzw dem zelbigen kretzem
gehoret geen mag off der Stad fyewede do zelbest bey
Czirzm Also doch das man das zelbig fye ob' dy stein-
brucke off dy zelbige weide treiben zal ane tzw tretunge
des zelbigen res grabens Des alles tzw ewiger vrkund
vnd festunge zo hab wir obgenant Apt vnd Couent
vnser Sigel an disen brieff lossen hengen Gegeben
Am Sonnobennd des tages Sant philippi vnd Jacobi
der heiligen tzwelffpoten In dem firtzenhundersten
vnd Acht vnd tzwentzigesten Jor vnsers libn herren

Lra Spitkonis Succamerarii Cracovien cum duorum publicorum notariorum annotacione super metas seu granicies ville dombye Inter monachos de mogila et Consules Crac per ipm personaliter illuc descendente per modum decreti fact et est 80

In nomine domini Amen Nos Spithko Comes de Tharnow et Succamerarius Cracovien Notum facimus quibus expedit Universis presentium noticiam habituris Quod cum inter Religiosos viros Petrum miseracione divina abbatem Stanislaum Priorem Johannem subpriorem Paulum cellarium Nicolaum Procuratorem totumque Conventum Monastery de mogila alias de Claratumba Cisterciensis ordinis Cracovien diocesis ex una et Circumspectos viros dominos Martinum Warschowszky Petrum Meltzer Nicolaum bötzner Petrum gerarszdorff Consules Cracovien nomine Civitatis Crac ex parte altera materia questionis fuisset exorta de et super gadibus granicys et limitibus hereditatis dombye quam prediti abbas et Conventus de mogila resignaverunt Consulibus et Civitati antedicte per modum viam et formam permutacionis in vicem et locum hereditatum aliarum infrascriptarum emptarum et comparatarum pro quadringentis marcis grossorum pragen quadraginta octo grossos in qualibet marca computando Consulum et Civitatis Cracovien predictorum videlicet quatuor sortibus mansis et laneis in villa monakowicze A Nobili viro Stanislao herede ibidem de monakowicze pro ducentis quinquaginta marcis et hereditate longi honorabilibus et Religiosis viris

Domine Miseracione diuina Abbate et Conuentu Mo-
nastery koprziwnicen ordinis et diotesis predictorum pro
Centum et quinquaginta marcis grossorum residue pecunie
quadringentarum marcarum predictarum Consulum et Ciuitatis
antedictorum empte et comparate per Petrum abbatem et Con-
uentum de mogila antedictos de qua resignacione in Alio
priuilegio honorabilis viri domini Simonis olim Archi-
diaconi Crac Conseruatoris aplici Jurium monasteriorum
supradictorum plenius continetur deuoluta quoque questione
eadem ad nostrum et nostri offitii examen per partes pre-
dictas nos finem debitum pro ut de Jure debemus imponere
cupientes ad villam et hereditatem dombre antedictam
personaliter descendentes cum partibus antedictis vocatis quoque
vicinarum villarum videlicet longk et prarze Incolis et kmethonibus
inquisitionem de gadibus limitibus et granitiis supradictis
fecimus diligentem Tandem quoque fidedigno testimonio comperto
quod predicta hereditas dombye in suis limitatibus seu
limitibus finibus gadibus granitiis predictis longe late
que est distincta ordine et situ infrascriptis videlicet quia li-
mites predicti procedunt a spacio magni pontis lapidei
procedentis a thaberna in Czirzin uersus Ciuitatem Crac
In quo spacio est aque decursus in fossato per prata
et paludines progressiue tendente et per nos de nouo
fodere assignati usque ad rubum spinorum situm in dorso
agrorum hereditatis prarze et ab eodem rubo spineo circa
dorsum agrorum eorundem versus Cracouiam et ad finem
agrorum ipsorum ad vnam partem rubi et dorsi antedictorum
Ad aliam vero partem a Capite dorsi per arundines
recte tendendo usque ad granitiem hereditatis in lanbinow

Ex vna parte Et a graniciis glombinow usque gades
que vocantur wengelnicze et a wengelnicze circa limites
glembinow ad finem earundem a fine vero limitum
glombinow directe ad fluuium visla per totum fluuium
visla cum vtroque littore eiusdem fluuii visle usque ad fines
limitum hereditatis dombye quibusquidem limitibus per
nos signatis et limitatis eosdem dicto ordine perpetuo te
nere inter partes supradictas declaramus et auctoritate
nostri officii confirmamus et presentibus declaramus et confirmamus
In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem presentes
limitacionis confirmacionis et declaracionis litteras et pri
uilegium per notarios publicos infrascriptos conscribi et
publicari ac nostri Sigilli appensione muniminis fecimus robo
rari Actum et datum Cracouie In domo habitacionis Pro
uidi viri Nicolai de frigenstadt Ciuis Cracouiensis In
Cracouia die quarta mensis octobris hora terciarum uel
quasi Anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimonono
Indictione duodecima pontificatus Sanctissimi in xpo patris
et domini domini nostri Vrbani superna prouidencia pape
Sexti Anno duodecimo presentibus discretis Viris Nicolao
rectore Ecclesie In prandoczin Petro Scriptore de olomuncz
presbitero Benedicto / prebislai Mathia Swentoslai de Slo
micnica clericis Crac diocesis franczkone pauli neorza Jo
hanne welbaber ciuibus Cracouiensibus ac aliis quampluribus
fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis
Et Ego Jacobus Andree de luganow Clericus Crac
diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius predicti priui
legii decreto per prefatum dominum Spitkone Castellanum
cum vna cum testibus prenotatis et notario nostro Infra

Scripto presentibus interfui et de mandato ipsius manu propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi Sigillo quoque eiusdem domini Succamerary subappenso me hinc subscripsi signo et nomine meis solitis consignavi In fidem et testimonium omnium premissorum Subscripcio alterius notary

Et Ego Nicolaus olim andree de Wylicia Cracoviensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictarum literarum limitacionis et privilegy per prelibatum dominum Spitkonem Succamerarium promulgacionis ac omnibus et singulis premissis dum sic agerentur et fierent ut premittitur una cum notario et testibus prenotatis presens interfui sic fieri vidi et audivi et ex precepto dicti domini Succamerarium decretum ac per notarium suprascriptum in hanc publicam formam redactum Sigillo quoque eiusdem domini Succamerary subappenso me hinc subscripsi signo et nomine meis consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum

Acta Scabinorum et Judicy Cracoviensis In qua domina katherina uxor domini kristini koziegloviszky per fratres suos petrum burgk et Johannem consensit in resignacionibus ville Grzegorszkowicze renuncians ibidem domino domino in perpetuum Et est in ordine 81

Dat 1389

Auditoribus omnibus innotescat Quod Sub Anno domini Millesimotrecentesimooctuagesimonono Sabbato proximo ante festum kathedre Sancti petri Judicium fuit bannitum per advocatum Nicolaum Scheffer et Scabinos submissos scilicet Swarcz pasthkone Johannes Przywange Nicolaum wolffgangk Arnoldum bustk hermanum kranc

Folium 82

Henricus Schuler Franczkonis trutel petrus faber ti
monem zattler et Clesmannus burger Coram quo Judicio
nobilis dna katherina validi militis domini Cristini
koziegloweski Castellani Sandecen consors legitima
Gotzone Czeyn sibi in ibi pro tutore recepto animo pre
meditato voluntarie personaliter constituta admisit appro
bavit et annuit benivole vendicionem et resignacionem ville
Grzegorzowicze et molendini ac omnium eius prouentuum
vtilitatum et vsufructuum qui ibidem sunt uel fieri possunt
in futurum quolibet per petrum burgk et Johannem dicte
due fres olim Strenui militis dni Johannis burgk
dapiferi Sandomirien filios Ciuitati Cracouien ac
toti eius vniuersitati nuper in bannito Judicio factam
Judicialiter prout eciam in libris Scabinalibus desuper
confectis clarius continetur Recognoscens publice illam
de sua volun[illegible]tate et consensu esse factam Renuncians
enim ibidem [illegible] et pro suis pueris seu heredibus eidem
hereditati vtz ville et molendino ac eorum vtilitatibus
omnibus premissis et perpetuo liberas dimittendo promittens
eciam eorum suis pueris et heredibus predictis quod nullomodo
debeant velint nec poterint aliquas arestaciones impe
dimenta uel impeticiones pro dictis hereditatibus fa
cere quouismodo In cuius Rei testimonium sigillum
Scabinorum Cracouiensium presentibus est appensum

Instrumentum publicum sub subscriptione duorum publicorum In quo inserte sunt litere Conservatorie Apostolice Abbatis et Conventus de mogila Sub sigillis dominorum Simonis Archidiaconi Crac Conservatoris Jurium et Conventuum ordinis Cisterciensis Abbatis et dicti Conventus In qua etiam omnia que villam dombye concernunt continentur Licet tamen que hic in libro prius scripte sunt non sunt repetite sed specialem rubricam illuc sub remisse ubi prius sunt scripte Et est in ordine 82m

IN NOMINE DNI AMEN

Nos Simon Archidiaconus Cracovien Conservator Jurium monasteriorum Abbatum fratrum Singularum que personarum et Conventuum ordinis Cistercien unicus [illegible] perpetuus a Sedeapostolica specialiter deputatus Universis tam presentibus quam futuris Volumus fore notum Quod Venerabilis vir ac religiosus dns Petrus miseratione divina Abbas Stanislaus Prior Johannes Subprior Paulus Clericus Nicolaus Procurator monasterii de Mogila alias de Claratumba Ordinis Cisterciensis Cracovien diocesis ipsorum necnon omnium et singulorum aliorum fratrum totiusque Conventus monasterii eiusdem procuratores et procuratorio nomine Coram nobis et notariis publicis ac testibus infrascriptis personaliter constituti literas Conservatorias apostolicas bone memorie sanctissimi in xpo patris et domini domini Clementis olim pape quinti ipsius vera bulla plumbea in cordula

Canapi dependenti more Curie romane bullatas sanas et integras non rasas non Cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas omni vicio et suspicione carentes presentarunt quarum tenor de verbo ad verbum fuit et est talis

Bulla aplica

Clemens Servus servorum Epus dei dilecto filio Archidiacono Cracovien Salutem et aplicam benedictionem Etsi quibuslibet personis ecclesiasticis presertim sub regularis habitu domino militantibus aplicum debeat adesse presidium Professores tamen cisterciensis ordinis utriusque sexus ne pravorum hominum molestiis agitentur eo libencius protectionis nostre munimine confovemus quo prefatum ordinem in ecclesia dei conspicuum dilectione prosequimur ampliori ac illorum iniurie gravius nos contingunt Cum itaque sicut ad nostrum pervenit auditum dilecti filii Abbas Cisterciensis eiusque coabbates et fratres ac dilecte in xpo filie Abbatisse et sorores earum ex quentis ipsius cisterciensis ordinis a nonnullis qui nomen domini tempere in varium non formidant in personis et bonis suis multipliciter molestentur Nos volentes ipsorum abbatum fratrum Abbatissarum Sororum ac Conventuum providere quieti et pravorum conatibus obviare discretioni tue per aplica scripta mandamus quatenus per te vel alium seu alios eisdem abbatibus fratribus abbatissis sororibus ac Conventibus efficacis presidio defensionis assistens et non permittas ipsos in personis et bonis eorum contra indulta privilegiorum sedis aplice ab aliquibus indebite molestari molestatores huiusmodi cuiuscumque et cuiuscumque religionis

Condicionis aut status existant eciam si pontificali prefulgeant dignitate auctoritate nostra appellacione postposita compescendo Non obstantibus felicis recordacionis Bonifacii pape octaui predecessoris nostri qua cauetur ne cum actor et reus fuerint eiusdem Ciuitatis vel diocesis aliquis eorum extra ipsas nisi in certis casibus ad Judicium euocetur Et alia ne conseruatores a sede deputati predicta extra Ciuitates et dioceses in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere siue alii uel aliis vices suas committere aut aliquos vltra vnam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant Quodque potestas et iurisdictio conseruatorum quo ad non cepta negocia per obitum concedentis expiret quam de duabus dietis in concilio generali et aliis quibuscumque constitucionibus et ab eodem Bonifacio et aliis predecessoribus nostris Romanis Pontificibus super hoc in contrarium editis dummodo vltra terciam uel quartam dietam aliquis extra suam diocesim auctoritate presencium non trahatur Seu si aliquibus communiter vel diuisim a predicta sit sede indultum Interdici suspendi uel excommunicari seu extra uel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi eorumque personis locis uel ordinibus mencionem seu qualibet alia indulgencia dicte sedis generali uel speciali per quam tue iurisdicionis explicatio in hac parte quolibet impediri attencius prouisurus ne de hiis super quibus lis est forte iam mota seu que cause cognicionem exigunt et que indulta huiusmodi non contingunt per te uel per alium seu

Alios te aliquatenus intromittas Nos enim si secus pre-
sumpseris tam presentes litteras quam eciam processum que per
te vel ipsos auctoritate illarum haberi contigerit omnino
carere viribus et nullius fore decernimus firmitatis Hu-
iusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter
exequaris et eius fines quodlibet non excedas Ceterum
volumus et apostolica auctoritate decernimus quod a data pre-
sencium sit tibi in premissis omnibus et eorum singulis perpe-
tua potestas et Jurisdiccio attributa vt in eo vigore illa-
que firmitate possis auctoritate predicta in predictis omnibus
et pro predictis procedere ac si tua Jurisdiccio in hiis omnibus
et singulis per citacionem monicionem vel modum alium
perpetuata extitisset legittimum Datum Avinion secundo nonas
septembris Pontificatus nostri Anno quarto Demum
In Instrumento hoc in eo loco eciam inserta est littera
Constitucionis ad resignandum villam dombye Ci-
uitati Crac quam scriptam ante reperies folio
et ideo hic scribi est pretermissa post illam vero
sic presens Instrumentum continuatur Post quarum
quidem litterarum Conservatoris et Instrumenti apostolicarum
procuratorum predicti presentacionem prelibati domini Petrus
Abbas suo Ac Stanislaus prior Johannes Subprior
paulus cellarius et Nicolaus fratres conventus ac procu-
ratores et procuratorio nomine suprascriptorum fratrum et
conventus nominibus non compulsi nec coacti sed bona
animi eorum prehabita deliberacione sponte et libere
recognoverunt coram nobis tamquam Conservatore Jurium supra
predictorum quod a Consulibus supradictis nomine Ci-
uitatis Cracovien predicte leuauerunt receperunt

Et cum effectu habuerunt quadringentas marcas gr
pragensium pro qualibet marca quadraginta octo gr
computando pro quibus quidem quadringent marc
dicte Ciuitatis Crac emerunt et comparauerunt p ipsorum
monasterio predicto in mogila bona hereditaria vz
quatuor sortes mansos seu laneos in Monakowicze
apud Nobilem virum dominum Stanislaum de monakow
ibidem heredem pro ducentis quinquaginta marcis Et
villam longk apud religiosos viros dnos Conradum
Abbatem et Conuentum de Coprziwnicza Cisterciensis
ordinis et Crac diocesis predicte pro residua parte
ipsarum pecuniarum predictarum vz pro centum quinquagita
marc sibi ipsis vltra eandem summam appositis pro ead
hereditate in longk Quod q de eadem summa pecunie
quadringentarum marcarum ab ipsis leuata et percepta
prefatos Consules quittant ac liberos et solutos fa
ciunt de vlterius non petendis eisdem Pro quibus quid
bonis hereditarijs in Monakowicze et in longk ac in lo
cum et in vicem earundem pecuniarum Ciuitatis predicte
vz quadringent marc antedictis emptis et comparatis
hereditatem ipsorum wlgariter dictam dombye cum omnibus
ipsius agris pastuis siluis rubetis vtroque littore flu
uij visle aquarum decursibus paludinibus piscinis pisca
turis fructibus redditibus et prouentibus ac Juribus
vniuersis prout eadem hereditas in suis limitibus
procedentibus a spacio magni pontis lapidei in quo
est aque decursus per prata et paludes per quoddam
fossatum progressiue usque ad rubum spineum in dorso agrorum
hereditatis de praczow situm et ab eodem rubo spineo

Circa dorsum agrorum eorundem versus Cracouiam et ad finem agrorum earundem Item progressiue per an̄ ... meos recte versus ad granicies in lombinow et usq̄ ... dt ad dextram partem eundo versus Cracouiam hoc totum spectat et spectabit cum omnibus pratis paludinibus arundinibus virgultis agris fluuys ad vtriusq̄ fluuy visle littora usq̄ ad fines hereditatis dombye et alias longe late q̄ est situata et se extendit per viam modum et formam ac nomine titulo comutacionis prefatis Consulibus et eorum successoribus et Ciuitati Cracouien̄ cum pleno Jure et dominio ac hereditarie tenendam habendam et possidendam et ad vsus suos quoslibet conuertendam Insuper prefati abbas et procuratores nominibus quibus supra promiserunt coram nobis Consulibus et eorum Ciuitati predictis pro omnibus impedimentis arestacionibus causis questionibus materys litibus et controuersys si que in posterum a Regia uel Reginali militari uel quacunq̄ polonie regni et terre Crac secularium potestate aut fundatorum patronorum dicti monastery de mogila seu ab ipsis abbate et Conuentu ipsorum q̄ successoribus etiam superioribus patribus abbatibus visitatoribus ab apostolica legata ordinaria aut delegata auctoritate a Jure uel alias vndecunq̄ et quocunq̄ contigerit dictis Consulibus et eorum successoribus et ciuitati moueri fieri incipi et euenire Judicialiter uel extra Judicium pro hereditate dombye predicta qualitercunq̄ in futurum q̄ ab ipsis dictos Consules et eorum successores et ciuitatem vbilibet locorum intercedere et defendere tueri liberos et solutos facere debent quod si ipsi uel eorum successores prefatos Consules et Ciuitatem Crac aut eius sindicos &c

Predictis questionibus impedimentis arestacionibus con
uencionibus et controuersiys vniuersis intercedere nollent
non curarent negligerent retardaret Et si ob hoc dictos
Consules uel eorum successores aut Ciuitatem predictam
in aliqua dampna expensas sumptus et labores percipe
incurrere et facere contingeret ad eadem dampna expensas
sumptus ad interesse quodlibet totiens quotiens eadem Consules
uel eorum successores et Ciuitas audita perciperet Idem abbas
et Conuentus nomine predictorum se et suos successores teneri
ad soluendum et pro eisdem satisfaciendum obligauit Quod si eciam
predictam hereditatem domibus a predictis impedimentis que
stionibus arestacionibus liberare predicti abbas et conuentus
aut eorum successores non possent extunc vice et loco dicte
hereditatis dande alias hereditates et bona dicti monasterij
In Institis macellis cureys domibus braxatoriys brazea
toriys situatis in Ciuitate Crac titulo et nomine commuta
cionis predicte dare tradere et assignare prefatis Consu
libus eorumque successoribus et Ciuitati Cracouiensi se pre
fati Abbas et procuratores nomine Conuentus predictorum
et eorum successores astrinxerunt Ita tamen quod hereditates et bona
eadem in Ciuitate Crac situata vendere uel quolibet a
lienare aliter non possint a dicto monasterio abbas et
Conuentus predicti nisi vice et loco eorundem alia bona et he
reditates prefati monasterij pro predicta hereditate domibus com
petenti inscribent et assignabunt Consulibus predictis aut
eorum successoribus et Ciuitati memoratis Ceterum quod
prefatus dominus Abbas sigillum suum oblonge figure in cuius
medio ymago quasi abbatis ornamentis pastoralibus in
dextra tenens baculum pastoralem et in sinistra manibus

Quasi corticellum sub et inter quibusdam ciborijs apparebat
in circumferencia vero dicti sigilli dictiones litteris capitalibus
sculpte legebantur proposita + S fratris petri abbatis Cla-
retumbe memorati vero procuratores sigillum Conventus
antedicti rotunde figure in cuius Sigilli medio ymago beate
marie virginis coronata in humeris manus sinistre yma-
ginem pueri quasi Jhesu xpi baiulans et in dextra tenens
virgultum seu ramum quasi olive ex opposito vero eiusdem
ymaginis quasi manus ornamentis pastoralibus induta et
tenens baculum pastoralem apparebat in circumferencia vero
Sigilli Conventus eiusdem + proposita hec dictiones litteris
capitalibus sculpte videlicet Conventus Claretumbe que sigilla
presentibus duxerunt appendenda produxerunt et ostenderunt di-
centes quod eisdem sigillis vsi sunt a longo tempore et nunc temporis
vtuntur sine dolo et fraude et si alia sigilla prius habu-
erunt et ea inmutaverunt vel si postea ipsos inmutare contigerit
quod per hoc dictis presentibus sigillis nichil possit per ipsos
abbatem et Conventum vel eorum successores obiri vel in a-
liquo derogari neque prefatis Consulibus vel eorum suc-
cessoribus ac Civitati predictis aliquod preiudicium generari
Demum prelibati domini Abbas et procuratores nomine Con-
ventus sepefati promiserunt premissa omnia rata grata atque
firma perpetuo tenere et inviolabiliter observare nec in aliquo
contraire renunciantes omnibus excepcionibus Juris vel facti suos
que successores ad hoc obligantes eciam firma et rata tenere
et inviolabiliter observare sub pena ducentarum marcarum
Cuius pene medietate conservatori nobis antedicto videlicet
Centum marcas et prefatis Consulibus eorum que successoribus
et Civitati Cracoviensi prefate aliam medietatem videlicet centum marcas

Grossorum tociens soluere se et suos successores prefati Abbas
et procuratores nomine Conuentus supradicti astrinxerunt
quociens per ipsos aut eorum successores prefate permutacioni
resignacioni pactis et ordinacionibus in aliquo fuerit con
uentum Tandem partes predicte nobis Conseruatori
predicto supplicarunt vt predictam resignacionem permutacionem
et ordinacionem ac pacta auctoritate apostolica nobis in
hac parte commissa sentenciare confirmare et ratificare
dignaremur Unde nos Conseruator predictus apostolica
auctoritate nobis in hac parte commissa predicta vi
recognicionem permutacionem et ordinacionem ~~ac pacta nobis~~
~~in hac parte commissa~~ pacta et obligaciones ratificamus
sentenciamus et confirmamus mandantes ea firmiter
et inuiolabiliter tenere et perpetuo obseruare sub pena
ducentarum marcarum predictarum et nostre sentencie excom
municacionis In quorum omnium testimonium et euidenciam
pleniorem presentes scribi per notarios publicos infra
scriptos publicari nos vero dominus Abbas suo et prefati
procuratores conuentus predicti sigillis supra descripte
fecerunt communiri roborari Actum et datum Cracouie In
domo dotis sancti martini In stuba nostre habitacionis
Anno domini Millesimotrecentesimooctuagesimonono
Indiccione vicesima septima Januarii hora vesperorum vel
quasi pontificatus prefati domini nostri Vrbani pape anno vndecimo
presentibus honorabilibus et discretis viris Stephano preposito
sancte margarethe de brethom ordinis premonstratensis Johanne rectore de
raczibdorowicze petrulo Nicolai de wieliczka publicis
hilebrando ciuitatis Cracouiensis notario et aliis testibus fidedignis

Subscripcio notarii publici

Et Ego michael Vincency de mstow Crac diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius predictarum litterarum conseruatorij apostolicarum necnon predicti Conuentus procuratorij productioni petitarum predictarum recepcioni confessioni de eisdem quittacioni permutacionis recognicionis dicte hereditatis dombye resignacioni ordinacioni pene subiectione obligacione ratificacionis ac omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agentur et fierent vna cum testibus prenotatis et notarijs publicis infrascriptis presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et fideliter conscribere manu mea in hanc publicam formam cum notarijs eisdem redegi Sigillorumque predictorum dominorum Conseruatoris ac abbatis et Conuentus subappensis me hinc subscripsi signo quoque et nomine meis solitis consignaui in fidem et testimonium omnium premissorum

Subscripcio Alterius notarij

Et ego Nicolaus olim Andree de Wislicia Crac dioc publicus Imperiali auctoritate notarius premissis omnibus dum sic ut premittitur agentur et fierent vna cum notarijs et testibus prenotatis presens interfui ea sic fieri vidi et audiui et per predictum notarium fideliter conscripta vna cum eodem in hanc publicam formam redegi Sigillorumque predictorum dominorum Conseruatoris ac abbatis et Conuentus subappensis me hinc subscripsi Signo et nomine meis solitis consignaui de mandato prefati domini conseruatoris in fidem et testimonium omnium premissorum

Privilegium Kazimiri Regis polonie Super molendinum in fluvio prondnick retro ecclesiam Sancti Nicolai Sub appensione Sigilli maiestatis Johanni Burgk dapifero Sandomirien et Civi Cracovien datum cum omni dominio et tribus ortis Ita ~~quod~~ quod pertineat ad Jus Civitatis 83ᵐ

IN NOMINE DOMINI AMEN Cum vendiciones empciones et contractus qualescumque nullum robur firmitatis per se valeant obtinere Nisi scripturis autenticis et fidedigno testimonio ad perpetuam memoriam redducantur Igitur Nos kazimirus dei gracia Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie Cuyavie Russie pomeranie que dominus et heres Notum facimus Universis tam presentibus quam futurorum presentibus declaramus quod attendentes ad nostram et baronum nostrorum presenciam Providi viri hanco Byrzmiri cum petro nepote suo filio quondam Nicolai filii sui Cives Crac sani mente et corpore existentes non compulsi nec coacti neque aliquo dolo circumventi sed spontanea voluntate et bona deliberacione sui animi prehabita Molendinum in fluvio Prondnick ultra ecclesiam Sancti Nicolai ante Civitatem Cracovien situatum cum tribus ortis ipsi molendino adiacentibus quorum duo colunt In tercio vero orto laterum quod vulgariter Czegelnicza nominatur est erectum et constructum Cum omni libertate et dominio prout ad ipsos ex successione suorum progenitorum dictum molendinum cum ortis nominatis legittime noscebant pertinere et prout ipsorum progenitori temporibus retroactis et olim Gregorius de pyssar pie memorie a sexaginta annis

Et citra tanquam tutor ipsorum nomine ac demum soli suis
tribus tanquam veri heredes Jure hereditario dictum molen
dinum cum ortis memoratis possederunt pacifice et quiete
nullum Jus in molendino et ortis predictis pro se vel
suis quibusuis propinquis ex nunc penitus reseruando
Renunctiantes pro se suisque omnibus quibus aliquid Juris
quoquomodo in eisdem bonis competere posset omni im
peticioni et actioni sub omnium bonorum suorum mobilium
et imobilium ypoteca Prouido et honesto viro domino Johanni
bingk dapifero nostro Sandomirien et Ciui Crac memo
ratum molendinum cum ortis supradictis tenendum habendum
possidendum vendendum donandum commutandum et pro sua suorumque
posterum voluntate quouis titulo alienacionis libere con
uertendum Insuper Hancko et petrus supradicti manu co
iuncta et in solidum promiserunt specialiter et expresse pro
filio quondam Gregorij filio etiam hemkonis Spiczmiri
quod eandem vendicionem prefatis fratribus nec per se aut alium
quorumque poterit nec debebit aliqualiter repetere seu
violare Quamquidem vendicionem empcionem et resignacionem
sic ritte et racionabiliter factas ratas habentes et gratas
presentibus de benignitate nostra regia graciose confirmamus ¶ Preterea
de habundancia nostre maiestatis memoratum dominum Johannem et
eius posteros pro consolacione speciali hac volumus libertate
gaudere Quod ab omnibus nostris exactoribus et collectoribus
pecuniarum nostrarum et exactionum regalium quocumque nomine
vocitentur molendinum et ortorum predictorum nomine liberos facimus
penitus et solutos sic quod in eisdem nullam habeat potestatem
Sed vt ipse Johannes et eius posteri omnibus Juribus et consuetudinibus
generalibus et specialibus quibus gaudet ciuitas nostra Crac

Gaudere debet et potiri racione molendini et ortorum
iamdictorum Volumus eciam ut intra limites ipsius mo-
lendini et ortorum predictorum tam in terra quam in aqua
omnes utilitates quas pro sua poterit melioracione exco-
gitare ipse Johannes faciendi et disponendi liberam habeat fa-
cultatem Et quia sepedictum molendinum est antiquius aliis mo-
lendinis superius in decursu aque situatis Ideo volumus ut
dictum molendinum in fossatis suis et aquarum decursibus et circum-
ferenciis suis ab omnibus impedimentis et oppressionibus quibuscumque
directe uel indirecte nunquam aliquo tempore quavis occasione de-
beat nec possit per quempiam aliqualiter impediri neque in ipsius
Johannis preiudicium quitquam attemptare aut innovare quispiam
presumat Insuper de gracia nostra speciali circa premissa sepedictum
dominum Johannem prefatum dapiferum ampliori benignitate volentes
habere consolatum ex nunc ipsum eiusque successores incolas mole-
ndini et ortorum ab omnibus Judicibus Jurisdiccionibus potestatibus
omnium Judicum subiudicum palatinorum vicecapitaneorum et eorum vices
gerencium ac ministerialium universorum nostri regni qui pro tempore fuerint
penitus facimus liberos et exemptos sic quod utentes molendini
et ortorum predictorum non aliter nisi coram Judicio Consulum
Civitatis Cracouie pro re sive causa qualicumque de se querulantibus
respondere teneantur In cuius omnium testimonium et evidenciam
pleniorem Sigillum nostrum presentibus est appensum Actum Cracouie feria
quarta post diem beati Luce ewangeliste Anno domini 1360 presentibus
Johanne Cracouiensi Stanislao malogostensi Zawissio malogostensi
Zawissa Sandecensi Castellanis Johanne Cancellario Andrea
Succamerario Cracouiensi Floriano Cancellario lanciciensi
ac aliis pluribus fidedignis Datum per manus domini
Johannis Cancellarii supradicti

Privilegium Kazimiri Regis polonie super divisione quorumdam quorum unum nomine Spiczmiro cessit molendinum cum tribus ortis retro Ecclesiam Sancti Nicolai Sub appensione maiestatis et c 84m

IN NOMINE DOMINI AMEN Ne res gestas aboleat
processus temporum oportunum est ut ipsas roboret solempnis
titulus literarum Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie
Nec non terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie
Cuiavie pomeranie que dominus et heres Universis presentibus
et futuris tenore presencium publice protestamur Quod
venientes ad nostram nostrorumque baronum presenciam Andreas
filius Gregorii de morawicza Johannes Sedzir
Imbramus de zulicz Johannes Spiczmir et quondam Andree
prefati soror domina Clara et uxores Johannis et Im-
brami predictorum super confessione divisionis infrascripte
in nostro conspectu presentes non fuerunt quibus memora-
torum pro filiorum sit absencium ratihabicione ad subscri-
pta promittentes talem divisionem in bonis suis fecisse
confessi sunt liberaliter coram nobis videlicet quod Johanni
Spiczmiro prefato ex vigore ipsius divisionis cessit mole-
dinum cum tribus ortis situm in fluvio prondnik conti-
guum parti viciniori Cracovie cum utilitatibus dominio
et proventibus Andree vero et aliis predictis cessit
curia cum agris et pratis et similiter cum omnibus uti-
litatibus dominio ac pertinenciis spectantibus ad
eandem Que quidem divisio de sexaginta marcis
grossorum usualium inter eos taliter est vallata quod alter-
utra parcium que ipsam divisionem revocaverit aut eciam
contravenerit easdem alteri eandem non revocanti sexaginta

Marcas solvere integraliter et complete quorum precibus inclinati dictam divisionem rite et racionabiliter factam ac cessionem ratam gratam habentes ac firmam presentibus duximus confirmandam In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum Crac In vigilia beati Laurencii Anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo quinto presentibus hiis nobilibus viris Sbigneo castellano Radomien Andrea Venatore Crac Heinrico Vicecamerario Sandomirien Sangneo preposito sancti Michaelis ac Vicecancellario Curie nostre et alijs pluribus fidedignis

Privilegium Kazimiri Regis polonie fundacionis Alme Universitatis Studij Cracovien et libertate studentibus et alijs suppositis ipsius universitatis gratiose data Quod licet in thezauro Civitatis non habeatur tamen hic insertum est ut contingente aliquo casu cum suppositis universitatis sciatur quid in certis casibus agendum sit Et est in ordine 85^m

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ea que ex Regalis magnificencie beneplacito eximia inniciuntur devocione et fidei puritate ad profectum subditorum ad salutem humane condicionis pijs et graciosis affectibus ordinantur adhibicionem fidei conquirant et gaudeant maiori fulcimine firmitatis Cum nichil valeat quod statuitur nisi statuta ex ampliori diligencia observentur PROINDE NOS KAZIMIRUS dei gracia

Folium 90

Rex Polonie ac terrarum Cracovie Sandomirie Sira-
die Lancicie Kuyavie Pomeranie Russie que dominus et heres
Cupientes fervente desiderio veluti ex debito tenemur ut
res utilis omnium que prosperitatis humane condicionis dila-
tetur meliora prospicientes nec ea dubitantes Clericis
et subditis regni nostri profutura in Cracovia Civitate
nostra locum ubi studium vigeat generale in qualibet licita
facultate nominandum eligendum constituendum et ordinandum
duximus et in antea futuris perpetuis temporibus esse volumus
in hiis scriptis Sit ergo ibi scienciarum preciosa marga-
rita ut viros producat consilii maturitate conspicuos et
virtutum ornatibus redimitos ac diversarum facultatum
eruditos fiat que ibi fons doctrinarum irriguus de cuius
plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbui
documentis Ad quam scilicet Crac. universi non solum regni
nostri et regionum circumiacencium incole sed alii ex diversis
mundi partibus libere et secure confluant Civitatem pre-
claram huiusmodi sciencie margaritam assequi affectantes
Quibus omnibus et singulis subscriptos articulos in
presenti cirographo contentos promittimus et bona fide spon-
demus tenere irrefragabiliter ac observare videlicet Rectoribus
universitatis doctoribus magistris Scolaribus scriptoribus
Stacionariis et bedellis ac eorum familiaribus quibuscunque
qui se gracia studii in Cracoviam predictam transtulerint
et ibidem moram traxerint eisdem esse volumus dominus
graciosus ipsos que et eorum quemlibet in suis Iuribus pri-
vilegiis libertatibus statutis et consuetudinibus omnibus
et aliis que in studiis generalibus videlicet Bononiensi et
Padwano tenentur et observantur conservare et defensare
ac tueri ¶ Et primo quod venientes ad studium sive abinde

Redeuntes In omnibus et Singulis passibus pontibus
Castris et Custodijs per totum regnum nostrum constitutis
nullum soluere debeant passagium pedagium seu theoloneum
siue conductum Sed in hiis omnibus cum rebus eorum scilicet
equis libris vestimentis lectisterniis pecunijs et suppel
lectilibus domus liberi transire debeant et securi Etiam
si alicui Scolarium sui parentes uel amici prouisionem
facere voluerint in esculentis et poculentis quibuscumque illa
libere transire valeant in Ciuitatem predictam Crac
sine omni theolonei requisitione neque per carnifices quoquomodo
vel quoslibet alios debeant impediri ¶ Item Si aliquis
scolarium sibi extra terram Cracouien de blado frumenti
farina brazeo ceruisia martiali vino uel lignis procura
uerit prouisionem hec omnia et singula per aquam et per
terram libere debeant transire absque solutione theolonei et
decima lignorum Pistores vero panem pistantes et mo
lendinatores blada ipsorum molentes non vlterius a
scolaribus presumant exigere quam ciues predicte Ciuitat
tis consueuerunt soluere ¶ Item Si quod absit aliquis Scolarium
uel familiaris eorum intra limites regni nostri spoliatus per
nostros subditos fuerit equis pecunijs uel rebus suis publice
uel occulte statim postquam Scolaris fuerit de hoc nobis
conquestus dampnum scolari tenebimur refundere et ma
lefactorem querere et cum eo facere pro ut dictauerit ordo
iuris Si per extraneos et non subditos nostros idem Sco
laris uel suus nuncius infra limites regni nostri fuit
spoliatus ad restitucionem dampnorum modo quo premittitur
non erimus obligati sed apud vicinos principes vbi ma
lefactores predicti morabuntur pro rehabendis rebus scolari
volumus fideliter laborare ¶ Preterea Scolares debitum

Folium 91

Ex nunc ordinauimus pro legendo Jure Canonico vel
Ciuili medicine vel artibus liberalibus hospicia que
competencia deputauimus pro doctoribus magistris scolaribus
Scriptoribus Stacionariis et bedellis que hospicia sta-
tim decreuimus taxari per duos Ciues et duos scolares
eadem que taxa nunquam augeatur in solucione ampliori Et si for-
te ipsa hospicia in processu temporis valuerint domini eorum an-
nis singulis tenebuntur illa sumptibus propriis reformare
Etiam scolaris vel alius predictorum domum inhabitans
facta denunciacione prius dicto principali de pensione domus
ipsam reformare poterit contradictione cuiuslibet non obstante
Quod si forte domum ipsam sic vt premittitur pro studio
deputatam aliquis inhabitauerit et scolaris ipsam habere
voluerit pro statuta pensione statim inquilinus predictus
soluta pensione pro rata temporis de domo exire tenebitur
et scolari ipsam libere assignare ¶ Item volumus quod scolares
proprium rectorem habeant qui in Ciuilibus causis ipsos iudicare
debeat habeat que iurisdiccionem ordinariam super omnes qui in
Ciuitate Crac causa studii moram traxerint omnes que pre-
dicto rectori iurare et obedire teneantur Nec vllus vnquam in
eisdem ciuilibus causis doctorem magistrum scolarem bedellum
Stacionarium alibi coram Judicio quocunque Ecclesiastico vel se-
culari audeat conuenire sub pena decem marcarum grossorum
pragen quam sic trahens incurrat ipso facto et fisco scolarium
applicetur ¶ Appellare autem a sentencia rectoris predicti
nullus valeat vel supplicare aut restitucionem in integrum
petere Et si appellatum fuerit appellacio ipsius non recipiatur
nec appellans audiatur per aliquem Judicem ecclesiasticum vel
secularem sed rectoris sentencia in suis clausulis firmiter ob-
seruetur Verumtamen si de nullitate vel iniusticia forsitan

x

y

z

ꝛ

&

Sequeretur eadem Sententia per Consiliarios Universitatis
de ipsius viribus et iusticia cognoscat. ¶ Insuper Rector predictus
Scolares suos in causis criminalibus levibus veluti pro ver-
bali iniuria vel si scolaris causa studii in civitate Crac
moram trahens aliquem capillando vel offendendo palma
vel pugno ad effusionem sanguinis leserit habeat iudicare
nec ob hoc scolares ipsi vel eorum servi aut famuli ad ex-
tranea iudicia pertrahantur. ¶ Quod si quod absit scolaris
vel alius predictorum in furto adulterio sive stupro homi-
cidio aut aliquo crimine capitali notorie fuerit deprehensus
illorum cognicio ad rectorem non pertineat sed statim si est
clericus ad episcopale iudicium remittat. si vero laycus nostro
iudicio subiacebit ¶ Si vero scolaris laycus bedellus sta-
cionarius aut ipsorum familiaris de crimine homicidii adul-
terii membrorum mutilacione aut letali vulnere vel quocunque
nephario excessu fuerit accusatus extunc non secundum consuetudines
patrie seu statuta sed iuxta leges per nos aut iudicem
deputatum accusatus debebit iudicari Quinymo per bo-
norum hominum attestaciones ad expurgacionem illati criminis
admittatur. ¶ Item quod si pro quocunque crimine magno sive
parvo aut excessu quolibet scolaris ipse vel quivis fue-
rit inculpatus nullus ipsum capere vel detinere presumat
nisi cum rectoris familia et ipsius licencia vel requisicione
speciali et hoc ne vivis termino sine pretextu rerum innocentum
turpiter rapiantur ¶ Item Si Rector contra aliquem
de sua Jurisdiccione iuste procedens et secundum formam sta-
tutorum suorum ipsum studio et ipsius commodo privaverit
ad requisicionem rectoris talis privatus de Civitate utique
Cracoviensi et Kazimiriensi per advocatos et Cives protinus
expellatur nullus quoque talem in suo hospicio audeat

Colligere vel sibi quitquam vendere donare vel accomodare
esulentum vel potulentum presumat Sed si scolaris vel
alius de premissis sententie vel mandato rectoris non
paruerit cum effectu rectori quod suo fuerit rebellis ad re-
quisicionem rectoris teneantur aduocati Ciuitatis vtriusque
suam familiam mittere ad dicti rebellis pertinaciam compe-
scendum ¶ Item ex nunc salariamus sedes infrascriptas
videlicet Sedem decretorum de quadraginta marcis argenti
Annuatim Sedem decretalium de totidem Sedem sexti
Clementinarum de viginti marcis Item providemus legenti
legum codices de quadraginta marcis argenti Infortiatum
de totidem et legenti volumen de viginti marcis Pro
anno sequenti similiter iuxta consuetudinem studii legalis
legentibus digestum vetus et novum cuilibet ipsorum de xl
marcis providemus duobus vero magistris legentibus perpetua
ordinamus sallarium viginti marcarum cuilibet annuatim Et
magistris in artibus damus scolam beate virginis marie et
decem marcas redditibus apponemus eidem Et Rectori vni-
uersitatis pro suis laboribus providebimus de salario decem
marcarum prout in aliis studiis est consuetum Que quidem
salaria ex nunc in nostra zuppa salis in wieliczka deputamus
Ita quod noster Zupparius salis doctoribus et magistris legentibus
in quatuor temporibus predicta salaria in Cracouia presentare
teneatur ¶ Item ordinabimus predictis Scolaribus vnum
campsorem vel Iudeum in Ciuitate Cracouiensi qui habeat
sufficientem pecuniam ad mutuandum in necessitatibus super
bonis pignoribus nec vltra pro seruicio suo exigat nisi
vnum grossum de marca qualibet infra mensem ¶ Item
doctores et magistri ad sedes salariatas predictas eligantur
per scolares illius facultatis in qua doctor vel magister

C

D

E

Fuerit assumendus Et si forte scolares in eligendo di
scordes fuerint is electus sit qui a maiori parte fuerit
nominatus qui nobis si presentes fuerimus vel nostro commissario
quem super hoc statuerimus presentetur et electus per nos vel
per eum remaneat in lectura ¶ Item nullus unquam vel
doctor vel magister in rectorem possit eligi nec eciam scolaris
existens rector ad priuatum examen cuiuslibet facultatis
tempore sui rectoratus aliqualiter admittatur Statuimus eciam
ut quocienscunque aliquos scolares in qualibet facultate
per doctores seu magistros ad priuatum examen more consueto
poni contigerit super illos Cancellarius noster Cracovien
qui pro tempore fuerit tamquam supremus approbandi huiusmodi ex
amen omnimodam habeat potestatem Item pro habendo ex
ercitio scolaribus studii dominus episcopus Cracovien officialem
suum in ipsa Ciuitate Cracovien locare debeat prout est
locatus ut de lectionibus scolares ad practicam transeant
et sumant audaciam allegandi Ut autem omnia et singula
superius expressa robur obtineant perpetue firmitatis presens priuile
gium scribi iussimus nostri Sigilli munimine roborantes Actum
Crac in die penthecostes Anno domini millesimotricentesimo
quadragesimo quarto presentibus Andrea Cracovien Johanne
Sandomirien palatinis Wilczkone Sandomirien Dobeslao
Wislicien Petro Woynicen castellanis Floriano cancellario
Lancicien Et aliis multis nobilibus fide dignis
Datum per manus Venerabilis viri domini Johannis
decani et Cancellarii nostri Cracoviensis decreto
rum doctoris Scriptum autem per Jacobum
de Ossowa notarium Curie nostre Regalis

Privilegium datum Universitati a Consulatu et Scabinis et tota Communitate Civitatis Crac[ovie] In quo promittunt omnia universitatis supposita iuxta privilegium regie maiestatis tueri et conservare Et cetera 86m

IN NOMINE DOMINI AMEN Expedit enim reipublice
pro perpetuo regimine sui honoris legales habere viros
decore virtutum insignitos Sciencia claram relucentes et
in maturitate consilii providos et profectos Sane pro
universitatis statu laudabili et fructuoso comodo specialis
salubriter videtur consultum ut ea que regalis maiestas
pro consolacione subditorum divino auxilio mediante fa-
cere decrevit et limitacione debita perpetuare Non immerito
idem subditi eadem omnia quantum in eis est literis suis
autenticis fideli conamine ad perpetue rei memoriam pro se
et suis posteris firmiter debent roborare Igitur Nos
Consules Scabini et Iurati Civitatis Cracovien[sis] Sere-
nissimi principis et domini nostri graciosissimi domini Kazimiri
dei gracia Regis polonie illustris pium et saluberrimum
desiderii conceptum obedienter sequi volentes ad effectum eius
ad honorem dei attendens regnum suum a partibus galli-
canis et specialiter a locis ubi studia vigent generalia
multum fore remotum Infidelibus vero scismaticis et paga-
nis prochdolor in ore minus vicinum Ita quod ex voluntate
divina et benigna largicione Sanctissimi in Cristo patris
et domini nostri domini Urbani pape quinti propter literatorum virorum
et plurium confluenciam studium generale in qualibet licita fa-
cultate pro consolacione dicti Regni polonie et gencium
circumiacencium In Civitate sua Cracovia erexit privilegiavit

Magistros doctores Scolares Scriptores Stacionarios
et bedellos ac familias ipsorum quibus omnibus et predictis
singulis alys qui gracia study in Ciuitate dicta Crac
fuerint commorati ipse dominus rex wlt esse pius dominus et graciosus
ipsos quoque et eorum quemlibet in suis iuribus ac libertatibus
infrascriptis conseruare ac ab iniurys quibuslibet defendere
et tueri graciose vt ex congregacione dictorum magistrorum scolarium
pro conuersione infidelium paganorum et scismaticorum dicto
regno confinium maior dilatacio predicacionis et instructio
fidei katholice ad laudem et gloriam omnipotentis dei et
genitricis eius virginis marie crescat et augeatur Omnes
enim causa dicti study ad dictam Ciuitatem Crac accedentes
vel ab ipso studio recedentes cum omnibus rebus ipsorum
in omnibus et singulis passibus pontibus et custodys
nullum theoloneum pedagium uel passagium soluere debeant
per totum suum regnum Sed et prouisiones magistrorum doctorum
scolarium et aliorum predictorum quas vel ipsi in partibus
circumiacentibus comparare voluerint vel eis amicorum pa-
rentum uel fautorum liberalitate fuerint elargite in escu-
lentis et poculentis siue lignis et alys rebus quibus-
cumque que ad victum eorum opportuna in predictam Ciuitatem
Crac per aquam uel terram ab omni theoloneo libera ac
exempta transire permisit nec per quempiam wlt ea
quolibet impedire Item quod magistri Scolares et aly su-
pradicti qui gracia study dicti in ipsa Ciuitate morabuntur
Rectorem habeant qui in Ciuilibus iurisdictionem habeat
ordinariam in eosdem Et in Criminalibus leuibus tamen
veluti si forte scolaris vel quilibet predictorum pro ver-
bali iniuria aut pro capillacione modica seu pro per-
cussione de manu vel pugno etiam ad leuem sanguinis effusionem

Si fuerit inculpatus coram rectore suo et alibi mllas
debeat conueniri Inhibens sub certis penis quod nullus
aliquem premissorum in premissis ciuilibus vel criminalibus
leuibus vt prefertur ad aliud iudicium trahere presumat
verum et in criminalibus ac capitalibus puta furto latro-
cinio homicidio stupro uel adulterio et similibus notorie
commissis Si predictorum quispiam fuerit deprehensus Si
clericus fuerit statim ad episcopale iudicium remittat Si autem
laycus regali iudicio subiacebit ibi tamen non iudicabitur
nisi in rectoris presencia nec per consuetudines uel statuta
municipalia ciuitatis Crac uel regni polonie Sed per In-
stituciones Juris canonici et ciuilis nec condempnari posset
aliquibus probacionibus sed pocius ad probacionem condignam
proborum virorum licite admittatur Insuper si aliquis
de predictis de graui ac capitali crimine fuerit inculpatus
cuius cognicio vt prefertur non pertinet ad rectorem idem non
poterit nec debebit deprehendi nisi cum rectoris familia
et ipso primitus requisito nec iudicari debet aliter nisi
prout supius de clerico et layco clare est expressum prout
hec omnia in literis et priuilegiis predicti domini regis inde
confectis plenius continetur Nos vero Consules Scabi-
ni et Jurati Cracouien supradicti rectori vniuersitatis
doctoribus magistris Scolaribus et alys omnibus quorum interest
sepedictis in studio Crac moram trahentibus omnia et singula
pacta in studys bononiensi et padwano consueta ac per eos
latormata promittimus perpetuo ipsis tenere et inuiolabiliter
obseruare ipsosque in visceribus charitatis gentes manutenere
volumus in suis Juribus defendere et tueri Rectori quoque su-
pradicto qui pro tempore fuerit ad compescendum rebelles pro-
ut in prefatis priuilegys domini nostri regis continetur etc

G

H

I

K

Assistere fideliter et prestare Consiliū auxiliū et fauorem
vt aut omnia et singula premissa ppetuis tpibus firma
et illibata permaneant pńciū et futurorū memorie sane
commendata pńtes nras lras mgris doctoribus rectoribus
scolaribus ac ceteris omibus supius expressis quorū interest
et qui pro tpe fuerint dari mandauimq de maturo tro
ac totius Ciuitatis Consilio et assensu nre Ciuitatis crac
sepedicte sigillo patenti roboratas Dat et Act Crac
In die penthecostes Sub anno dnī Millesimo trecentesimo
sexagesimo quarto pntibus hijs testibus Johanne dapi
fero Sandomirien pacossio de Apilas Nicolao wyrzingi
Nicolao hedlingi Bartholdo Thartari Johane petri
mani pasione de Dale Cyrzone oppler et wlussio dicto
Kazimir Ac alijs quampluribus consiliū sepedicte ciuitatis
nostre Cracouien tangentibus nris consodalibus fidelibus
et fidedignis

Priuilegium Kazimiri polonie Regis Super liber-tate thelonei posnanien Ciuibus Cracouien per ipsum regem et Barones regni sententialiter edicta et adiudicata Et est in ordine priuilegiorum 87m

Kazimirus dei gra Rex polonie Magnus dux lithwanie
Russie prussie qz dns et heres Significamus tenore
pntiu quibus expedit vniuersis Quod dum a multis
Retroactis temporibus controuersia et materia questi
onis et querela in mediū adducta de et super thelo
neo posnanien illius qz occasione Inter famosos mgros
Ciues et Consules Ciuitatis nostre Cracouien ex vna

Folium 95

et preclusione ibidem et impedimento exercere debent
adiudicavimus et presentibus adiudicamus Consuetis tamen
ibidem in lemberga ut prefertur theoloneis exsolutis
predictis vero Civibus lembirgen occasione prohibi-
cionis et preclusionis dictarum viarum et transituum per-
petuum silencium imponentes harum quibus sigilla
nostra appensa sunt testimonio literarum Actum et datum
Cracovie feria quinta infra octavas sancti Stanislay
episcopi In mense may Sub anno Incarnacionis domini
millesimo quadringentesimo sexto presentibus hiis
prelatis et baronibus Reverendissimo In cristo
patre domino petro dei gracia episcopo Cracowien honorabili
domino nicolao preposito sancti floriani et vicecancellario

Regni polonie Iohanne de Charnow Castellano
Cracovien Iohanne liganza palatino lancicien Clemente
de moszkorow castellano wyslicien Petro Schaffranyecz
Subcamerario Swentoslao litphos generali procuratori
Cracovien Et alys quam pluribus fidedignis.

Privilegium Wladislai polonie regis In quo propter
omagium quod fecerunt Consules Cracovien Wla
dislao et kazimiro natis suis ut post mortem patris
eorum unum in regem et dominum suscipient simul cum ipsis
filys omnia Iura et privilegia per ipsum et predecessores
suos Cracovien data Confirmat et illesa observare
promittit Et est in ordine Centesimum primum

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam quia
tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurritur di
spendys dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium
annotacione perhennantur Proinde Nos wladislaus
deigracia Rex polonie Necnon terrarum Cracovie Sando
mirie Siradie Cuyavie lancicie litphanie princeps Su
premus Pomeranie russie quoque dominus et heres etc. Signi
ficamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus
et futuris harum noticiam habituris quod attendentes et
perspicua meditacione pensantes singularium virtutum
merita et intemerate fidei constanciam quibus celsitudinem
nostre famosi ac providi consules tota quoque Communitas
Civitatis nostre Cracovien tam constanter quam fideliter
obsequuntur et presertim quod Inclitis principibus wladislao
et kazimiro natis nostris charissimis sponte et libere fide
litatis omagium Iuramento eorum firmato prestiterunt.

Vnum qz et ipis filys nostris qui ad regni sceptra apcior
fuerit et per prelatos barones qz tocius regni nostri nomina
bitur post mortem nram in dominu et regem scdm Instip
ciones generales prelatorum et baronum regni nri polonie
nobis datarum ex nunc assumere promiserunt horum et aliorum
obsequiorum intuitu ipis Consulibus et Comunitati Crac
predicte omnia et singula ipsorum privilegia liras et munimenta
omnium principum diue memorie predecessorum nrorum olim Regum
polonie ex nunc ratificamq approbamq gratificamq et tenore
presencium confirmamus decernentes ipas liras robur obtinere per
petue firmitatis Promittimq qz et spondemq pro predictis
inclitis natis nris quod huiusmodi liras predecessorum nrorum
atqz nras quolibet datis ipis Ciuibz et concessas firmiter
custodient et inuiolabiliter obseruabunt iuxta instipciones
generales quas etiam Prelatis et baronibus nostris et totius
regni nri Comunitatibus super obseruatione Iurium et priuile
giorum tam per nos quam per predecessores nros gressorum dedimq
et concessimq Sigillo maiestatis nostre efficaciter roboratas
Actum Cracouie feria tercia post Conductum pasce Anno
domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo primo presentibus
in cristo patribus et dominis Alberto sancte Gneznen Ecclesie
archiepo et primate Sbigneo Cracouien Johanne Wladi
epis Magnificis qz Johanne de Tharnow Cracouiensi
Sandiuogio ostrorogk poznanien Andrea de domabora
kalissien Petro Schaffraniecz Sandomirien Martino de
kalinowa Siradien et Johanne de liczim brzesten pala
tinis et alys quampluribus fidedignis Dat p manus
predicti reuerendi pris Johanis epi wladislauien R polonie
Cancellary et venlis wladislai de opporow decretorum doctore
prepositi lanticien et S florian an crac eiusdem regni vicecancellary

Privilegium Wladislai polonie Regis In quo post coronacionem suam felicem omnia Civitatis Cracovien privilegia et Iura confirmat et est 102

In hoc privilegio excipitur clausula illa quod cives bona terrestria ad duorum miliarium distanciam emere possint

In Nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam
Excellens regalis exigit auctoritas et regis decet inclitum
diadema iustis et congruis precibus condescendere fide-
lium subditorum et ipsos de favore et gracie sue plenitudinis
augmentis continuis ampliare ut omnes suo subiecti do-
minio suave iugum se portare senciant et regnantis
clementia ipsos in sue fidei constancia perseverare ferventer
attendat Et ita culmen excellencie principalis precipue
illius Iura et leges tenetur advertere protegere guber-
nare illi quoque toto studio placitum impendere in omnibus
famulatum per quem reges regnant et principes principantur
Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex polonie Necnon
terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie etc
Cuiavie lithwanie Princeps Supremus pomeranie quoque
dominus et heres etc Significamus tenore presencium quibus
expedit universis tam presentibus quam futuris harum
noticiam habituris quod quanto divina favente gracia
nos locum regni nostri huius polonie magis obtinemus
excelsum tanto tenemur eiusdem regni ab alto nobis
crediti gubernacula salubrius gerere et eius comodita-
tibus diligencius providere Peticio igitur maiestati
nostre pro parte Prudencium et honestorum Consulum et
tocius Universitatis Civitatis nostre Cracovien nostrorum
fidelium subditorum continebat quatenus privilegia literas muni-
menta Iura quod dudum eis per eterne recordacionis prede-
cessores nostros olim Reges principes et duces polonie

Inclitos data concessa datas concessas gratificare ra-
tificare et confirmare de innata nobis clementia digna-
remur. Idcirco nos peticionibus memoratorum consulum
et universitatis ut pote iustis quibus non est deneganda
assensus benigne acclinati et precipue consideratione mul-
tiplicium serviciorum quibus ipi nos perseverante constancie
laudibus extulerunt et nunc tamquam solem sidera fideliter sic
circumstant ac in antea prestantius obsequentur volentes
subditis nostris temporibus nostri felicis regiminis sic preesse
ut possimus prodesse sic favere divitibus ut pauperes non
derelinquamus sic iura tueri et fortificare nostrorum fidelium
ut publice utilitati suffragetur. Privilegia literas concessiones
libertatum exempcionum prerogativarum et iurium quorumcumque
per inclitos Kazimirum Lodowicum et alios reges duces et
principes regni Polonie huius nostros predecessores eisdem con-
sulibus mercatoribus et quibuscumque inhabitatoribus ipius
nostre civitatis nostre Cracovien facta data gesta factas
concessas et datas que et quas hic volumus habere pro
insertis ac que et quas Kazimirus et Lodowicus memorati
Polonie reges gratificaverunt ratificaverunt et observaverunt
eciam nos de nostra sciencia certa et consilio principum
baronum et consiliariorum nostrorum ratificamus gratificamus
approbamus et confirmamus decernentes eadem et easdem in
eorum et earum articulis et punctis clausulis sentencys et condi-
cionibus quibusuis obtinere robur perpetue firmitatis.

¶ Excepta duntaxat quadam condicione per dictum Lodo-
wicum Hungarie et Polonie regem eisdem consulibus et
universitati alias concessa videlicet quod ipi consules et univer-
sitas iurisdicione quandam habere debuissent ad duo
miliaria ad singulas plagas civitatis Crac circumquaque

Nota

Hec clausula nec
legi nec prodi
debet preter
consulatum

Ad comparandum etiam villas et hereditates Jure civili possidendas cuius condicionis loco adicimus quod Consulibus et Civibus ipsius Civitatis nostre Cracovien cum eis placuerit liceat villas et hereditates quascunque extra Civitatem Crac preditam ubicunque existentes comparare emere et possidere eo Jure et more quibus ceteri nobiles nostri suas villas et hereditates possident et gaudere consueverunt Harum quibus Sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio literarum. Actum Cracovie feria secunda Infra octavas Assumptionis Sancte marie Virginis gloriose Anno domini millesimo trecentesimo Nonagesimo Nono presentibus Reverendo in cristo patre et domino Petro sancte romane ecclesie prothonotario episcopo Johanne de Thanczin Castellano Cracoviensibus Johanne de Tharnow Sandomirien Johanne ligancza lancicien palatinis Gnewossio de dalewicz Succamerario Crac petro kmytte Castellano lublinen et aliis nobilibus nostris quampluribus fidedignis Datum per manus Reverendi In cristo patris et domini Nicolai de kurow Episcopi wladislavien et Generosi Zaklicze aule nostre Cancellarii nobis sincere dilectorum.

Transsumptum privilegii Vicesimi Octavi quod est de omagio quod Crac fecerunt lodowico regi promittentes se ab eo et eius posteritate nunquam recessuros propter quod eorum Jura confirmat Et de bochnien ut per Crac vadant etc. Et est Sub Sigillis Petri episcopi et capituli Crac et sub annotacione duorum notariorum publicorum In ordine vero privilegiorum est Centesimum Tercium

In Nomine domini Amen Universis et Singulis tenore presencium significamus quibus expedit presentibus et futuris

Presentes litteras seu presens transumptum inspecturis Nos petrus dei gratia Episcopus Cracouiensis vidimus et cum exacta diligencia perspeximus ac totam nobis tunc pro tribunali sedentibus loco solite nostre residencie Cracovie legi de verbo ad verbum fecimus quasdam litteras seu priuilegium in pergameno conscriptas Serenissimi principis et domini lodouici dei gratia Regis vngarie polonie dalmacie etc Eiusque vero Sigillo solito et appenso In cedula pergameni de cera communi circularis seu rotunde figure sigillatas sanas saluas et integras non viciatas non corruptas non cancellatas nec in aliqua ipsarum parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes per honestos et Circumspectos Viros Consules et Ciues Ciuitatis Cracouiensis nobis reuerenter exhibitas et eciam humiliter presentatas In cuiusquidem Sigilli medio quedam ~~duo~~ ymago ~~nes~~ regali diademate seu corona coronata quasi pro tribunali In sede maiestatis sedens gerens in manu dextra sceptrum In manu vero sinistra pomum cum cruce desuper subtiliter erat sculpta et ciborys ex vtroque latere dicte ymaginis vt apparebat subtilissime decorata erat Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis Vide folio 27 priuilegio 28 Quibus quidem litteris diligenter inspectis In hanc formam publicam Sigilli nostri et venerabilis capituli Cracouiensis iussimus simul cum notariorum publicorum annotacione communiri Datum Cracouie Anno domini millesimo quadringentesimo primo

Subscripcio vnius notary

Et Ego laurencius petri de Volauia Clericus Wratislauiensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius

Alterius notary

Et ego Bartholomeus egidy de bochnya Cracouiensis diocesis

Littera Kazimiri Regis polonie Super Censu septuaginta marcarum de foro libero kazimiriensi Et nonaginta marcarum de Custodia piscium pro quatuor milibus florenorum hungaricalium Ciuitati Cracouiensi in vim reempcionis vendit que pecunia est domini olim langpetri et suorum heredum qui ipsum censum de pretorio Cracouiensi recipiunt donec summa capitalis reponetur

Et est 104

Kazimirus dei gracia Rex polonie magnusdux lithuanie russie prussie que dominus et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo pro nostra et reipublice ardua necessitate agenda regni nostri non mediocriter vrgente commoditate desuper Consilio Consiliariorum nostrorum ac eorum voluntate accedente famosis Consulibus ac Comunitati Ciuitatis nostre Cracouiensis fidelibus nostris dilectis Certos Census annuos et redditus nostros regios videlicet Septuaginta marcas monete et numeri in regno nostro currentis que pro nobis annuatim de foro libero Carnificum in kazimiria et eiusdem occasione soluuntur pro quatuor milibus florenorum hungaricalium puri auri et iusti ponderis In vim ac sub titulo reempcionis alias na widerkawff vendidimus et obligauimus vendimusque et obligamus tenore presencium mediante Et iam in presenciarum damus illis et assignamus predictorum censuum ac redditum nostrorum realem et actualem possessionem ac intromissionem tali ordine et condicione quod Censuum liberi fori Carnificum in Kazimiria percepcio a quatuortemporibus post Cinerum proxime futuris Vel alias a tempore quo ab inicio in anno soluitur Census vero ex Stroza predicti a die beati Thome apostoli proximo

Soluere incipere debent de quo siquidem censu et Stroza
soluen arendarius pro tempore singulis septimanis per
duas marcas ipsis respondere sit astrictus per eosdem Con
sules pro tempore existentes ac Communitate Cracouiensem
predictas Septuaginta marcas ex foro libero carnificum in
kazimiria et nonaginta de custodia piscium vt prefertur ra
cione census alias platczw titulo reempcionis vt premissum
est tenendum habendum possidendum et vtifruendum leuandum
que exigendum recipiendum ac percipiendum pacifice et quiete
quouis impedimento vel colore non obstante Tam diu do
nec ipsis prefata quatuor milia florenorum hungaricalium
per nos aut Successores nostros in toto et integraliter fuerit
persoluta Quibus solutis possessio prelibati census siue
redditum ad nos et ad nostros successores redibit et deuol
uetur pleno Iure In casu vero quo modernus arendator pi
scium In soluendo ipsis Consulibus et Communitati Cracouien
in dicto Censu negligens fuerit vel remissus negligenciam
huiusmodi ad noticiam Venerabilis domini Ludbransky ar
chidiaconi siue alterius pro tempore procuratoris Crac
generalis deferre et notificare debebunt qui de alio aren
dario Custodie piscium prouidere debebit Et ille de dicto
Censu nonaginta marcarum vt prescriptum est ipsis Consu
libus et Communitati Cracouien respondere tenebitur
ac debebit Harum quibus Sigillum nostrum presentibus sub
appensum est testimonio literarum Actum et datum Cracouie
feria quinta In Crastino festi Sancte katherine Virginis
Anno domini Millesimoquadringentesimoseptuagesimo
Septimo

Presentibus ibidem Reuerendo In Cristo patre domino Johanne Episcopo Cracouien Nec non magnificis generosis ac nobilibus Jacobo de dambno Sandomirien Et Capitaneo Cracouien generali Dobeslao kmytta de wisnycze lublinen Stanislao wontrobka de Strzelcze belzen palatinis Dobeslao de kurozwanky roszpezgen castellano et Rzepicen Capitaneo Paulo Jasyenszky Regni polonie Thezaurario Chelmen ac belzen Capitaneo Petro de kurozwanky tribuno Cracouien et Curie nostre marsalco Johanne Rynowiecz Cracouien Succamerario ac Chenczinen Capitaneo et alys quampluribus fide dignis Relacio Venerabilis Stanislai de kurozwanky Crac et wladislawien ecclesiarum Canonico ac Regni polonie Vicecancellary

Priuilegium lodouici polonie ac hungarie etc Regis In quo perpetuo inhibet Ciuibus Sandecien qui per dunavecz et vislam kuprum et ferrum et alias merces deducere consueuerant in prussiam et alia loca ne amplius nisi per Crac Ciuitatem ire presumant Et loco istius inhibicionis Sandecensibus libertatem theolonei in alba Ecclesia largitur 105

In Nomine domini amen Nos lodouicus dei gracia Rex hungarie polonie dalmacie etc Vniuersis et singulis presentibus et futuris quibus expedit notificamus Quod attendentes graciosius et benigno ponderantes corde

Multiplices depauperaciones desolationes incommoditates
et dampnorum plurimorum ingruencias quas Ciuitates
opida et ville nostre intermedie totius regni polonie
confines vijs et transitibus fictis et seruatis in terra ita
quondam dominum kazimirum regem Auunculum nostrum de
Ciuitate Sandecien nram vsque prussiam et alias ex Sandecien
predicte nre Ciuitatis Incolarum Ciuium et mercatorum
nauigio seu transitu quem fecerunt hucusque in aquis
videlicet dwnayecz et visla a tempore nostre coronacionis per
pesse sunt et sustinuerunt grauiter quibus vt succurramus
benigniter de regia nra nobis insita clemencia nostri
interest graciosius predictarum depauperacionum desolatio-
num et dampnorum ingruencias releuacione prehabita
matura premeditata et sana per nos et dominam Eliza
beth genitricem nram charissimam ac eciam baronum nrorum
deliberacione ex certa nra sciencia et voluntate decreuimus
statuimus et omnino volumus perpetuo vt omnes et singuli
dicte nre Ciuitatis Sandecien Ciues et incole et merca
tores dimissis eorum transitibus seu nauigijs in dictis aquis
et totaliter perpetuo pretermissis amplius super dictis aquis
factis quocienscumque cum ferro Cupro et alijs quibuscumque mercibus
eorum in terra et nullas alias quam per Cracouiam nram
Ciuitatem et per alia consueta loca viarum et theoloneorum
nrorum regalium in antea ingiter transeant et redeant per
que terra recolende memorie quondam dominum kazimirum po
lonie regem auunculum nrum transire et proficisci consuetum
et solitum ac statutum extiterat quemadmodum eciam per

3

Dicte nre Cracouien Ciuitatis Ciues lucide et sufficient patentibus priuilegiis fuerat demonstratum Et vt eciam prefati nri Ciues et Incole Sandecen specialiter pro premissorum releuamine comodo et profectu se senciant graciosius in huiusmodi recompensacione consolatos nominatos Sandecen Ciues et Incolas nros a dacione seu solucione theolonei nri in alba ecclesia absoluimus perpetuo de eodem ipsis benignius indulgentes Sic tamen quod vel per dictos Ciues nros Cracouien quamdiu theolonea nra regalia seruauerint velut actu seruant vel eciam per quoscumque eorum successores qui pro tempore nra theolonea seruauerint quitquam ad nram racionem de dicto indulto theolonco imponatur Dat in wysschegradt in festo beati martini Confessoris Anno domini Millesimotrecentesimooctuagesimo

Priuilegium lodouici hungarie et polonie Regis super empcione hereditatum per duorum miliarium distanciam circumquaque Ciuibus simile et latius est Aliud eciam sub maiestate sicut et hoc folio 33 vide Istud vero In ordine primis libri est 166 illud autem 40

Nos lodouicus deigracia Rex hungarie et polonie dalmacie etc Notum facimus et recognoscimus vniuersis presentes literas inspecturis Quod licet nos iuxta officium Regiminis nostri debitum cunctarum Ciuitatum nostrarum

Dicionj Sacre nostre Corone subditarum commodo et
utilitati debeamus intendere signanter tamen illius honori
et profectui que in prosperis gratuitate in adversis vero
fidelitate nobis astitit libertatibus immunitatibus titulis
prerogativarum tenemur invigilare Consideratis et attente
fidelitatibus et serviciorum multiplicium meritis fidelium
nostrorum Consulum ac Civium Cracovien nobis et duabus
Reginis genitrici videlicet et Consorti ac Inclitis katherine
marie et hedwigi filiabus nostris charissimis locis et tempori-
bus oportunis cum adiectione operum evidenter exhibitis prout
de eis ipsa domina regina genitrix nostra charissima rea-
liter et certissime nos informavit pensata nichilominus grata
ipsorum affectionem et sinceram obedienciam quam ad nos
et ipsas reginas ac pueros nostros dilectos hactenus gesserunt
et habent de presenti habituros quos speramus in futurum ne
ipsorum fidelitates et servicia nobis et eisdem de presenti
potissime impensa apud nos maneant inremunerata Vo-
lentes ipsam Civitatem nostram Cracovien pro tuciori et co-
modiori conservacione confirmacione eiusdem graciis specialibus
vallare dotare et predotare ut fideles nostri Cives
Cracovien predicti et eorum superstites eo fideliori accedant
devocione quo se erga nos senserint regio favore pre-
miatos ipsis et eorum civibus communiter et sigillatim hanc
gracie plenitudine et prerogative libertatem habita cum
ipsis dominabus reginis genitrice videlicet et consorti nostris
charissimis Prelatis quoque Baronibus regni nostri matura
deliberacione et ex certa sciencia nostra ac eorundem atque

Voluntate de plenitudine nostre Regie potestatis duximus dandam donandam et conferendam. Ut ipsi et eorum quiuis pro se et suis heredibus ac ipsorum posteritates et successores vniuersi perhennis in tribus possessiones hereditates terras agros siluas nemora prata molendina aquas et alia queque bona infra spacium duorum miliarium vndique a Ciuitate nostra prefata circumquaque compu-tando distancia comparandi emendi perpetue habendi tenendi conseruandi possidendi et fructus eorum perci-piendi ac in vsus proprios conuertendi et ipsa eo Jure theu-tonico quo et alias hereditates et bona in et extra ciuitatem predictam possident semper conseruandi tutam plenam liberam et absolutam habeant facultatem ex annuencia et permission-nem speciali presentibus eis concessa mediante In Cuius rei testimonium firmitatem que perpetuam presentes fecimus nostras litteras pendentis et autenticorum maioris videlicet et Secreti ro-tundi Sigillorum nostrorum munimine roboratas Datum In Diosgen in festo circumcisionis domini Anno eiusdem millesimo Trecentesimo Septuagesimo Septimo

Priuilegium kazimiri polonie Regis In quo cum Controuersia inter Ciues bochnen et Cracouien occa-sione solucionis Quartezol ex singulis stannibus pannorum esset suborta decreuit bochnen et compellit ad dicti Census solucionem, Et est in ordine 107

Kazimirus dei gra Rex polonie Necnon terrarum Crac
Sandomirie Siradie lancicie Cuiavie Magnusque dux
lithwanie Russie prussieque ac Culmen et Elbingensis
pomeranie que dns et heres Et Ad perpetuam rei me
moriam Significamus tenore presencium Universis et singulis
presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo
dum famosis Proconsuli et Consulibus Civitatis nre
Cracovien super quartarum censu de singulis hospitum
stamibus et quibuslibet alys Jus Civitatis non haben
tibus per olim predecessores nros antiquitus constituto et
Civitati Cracovien donato per providos Proconsulem et
Consules bochnen qui se ab eodem Censu eripere voluerunt
Controversia quedam fuisset mota Partes utreque hac
necessitate controversie nostre maiestatis hic accesserunt a
spectum ubi in nra et Consiliariorum nrorum presencia Civibus
bochnen se ex eodem censu eripientibus et lras suas
satis efficaces quo ad theolonea sed non ad censum predictum
producentibus quarum vigore se per nos ab eodem censu
absolvi petebant Cracovien Cives ex adverso bochnen
ipsorum lras et concessione predictas impugnan et refellen
suas etiam antiquarum datarum producen lras unas de anno
domini Trecentesimo tercio concordie inter Cives ipsos et San
decen qui similiter se tunc ab eiusdem censur solucione eximere
nitebantur ex una Et ipsos Cracovien Cives ex altera par
partibus per medium olim Spitkonis palatini Cracovien
facte quibus plane expressum est tunc Quod et si census ipse
Jure proprietatis ad Civitatem Cracovien ex antiquo ptinuerit

Inclinati tamen Cracouien Ciues per Illustrissimu
olim principem dominu Wladislaum tunc polonie regem
gracias quamda Ciuibus Eandem predictis fecerunt pro
vt tenor earundem litteraru perstringit Et alteras litteras
Serenissimi olim kazimiri Regis polonie qui progenitoris
et predecessoru suoru litteras super ipso censu libertat alys
q indultis Cacius Ciuitati Cracouien gessis predictas
litteras dudu datarum indeclarata specificando confirmando
q et roborando demum censum ipsu quartaru de singlis
hospitiis staimbg et Zuscumle non habentibg per Ciues
Cracouien in perpetuu recipiendos Ciuitati Cracouien cu
alys prerogatiuis priuilegio ipius latius insertis dedit
donauit et largitus est demu q litteras alias de data In
noua Ciuitate korczin dici dominica ante petri ad vincla
Anni vero domini millesimi quadringentesimi septuagesimi
quinti quas nonnullis Ciuitatibus se eximere de dicto
Censu volentibus confirmando et roborando tam litteras pre
dictas quam censum donacione et confirmacionem tunc eisdem
Ciuibus Cracouien dedimus et concessimus se circa censum
predictum conseruari et bochnensibus alys q quibuscumque
Ciuibus controuersiam ipam in posterum acturis et pro
moturis silenciu perpetuu imponi iuxta continenciam pri
meuaru litteraru scriptaru simile petebant ¶ Nos tunc
auditis partibus ipis litteris q earum ad plenum per
spectis Attendentes quod ipe littere bochnensium Ciuium
non sunt super censu ipo erogate Cracouiensium vero
Ciuiu sunt necnon antiquiores predictis Ciuium

Cue

Bochnensiu Civib verū quia etiam fatentur census pre
dicti proprietatem dudū Cracouie attributa et deinde
quia alias antiquiores quam sūt eedem ipe lre cōmemo
rant de more Consiliatorū Consilio hic nobis asside
ciū decreuimus et decreuimus pntibus Ciues bochnen
et alios Iuscuiule Cracouie non habentes ad solucionē
predictarū quartarū censuū ex Civib predictis Consue
tudine eciā et ꝑtestate eiusdem census per ipos Cracouien
Ciues habita esse semper et fieri obligatos Et proinde
eisdem bochnen Ciuibus silenciū perpetuū super hac
ipa exceptione imponendū duximus et imponimus tenore
pntiū mediante in perpetuū In Cuius rei testimonium
Sigillū nostrū pntibus est subappensū testimonio lrarū
Actū Cracouie feria tercia post Octauas Corporis cristi
proxima Anno domini Millesimoquadringentesimooctuage
simo quīto Presentibus ibidem Reuerēdo in xpo patre dn̄o
Magnificis Venerabilibus ac Generosis dominis Johāne
epo Jacobo de dambno Castellano et Capitaneo Crac
Johanne de pilcza russie generali Dobeslao de kurozwanky
Lublinen palatino Raphaele de Jaroslaw Sandomirien
Castellano et regni nri marsalco Johanne ecclie Chelmen
electo Nicolao de kurozwanky Siradien Johanne rappinsky
de Thanczin wislicien Stanislao de Schidlowiecz radomien
Johāne podlodowsky zarnowien Castellanis Creslao de kur
ozwanky decano Gneznen et Cancellario Gregorio de lud
branecz ꝑposito Skarbimirien vicecancellario regni nri et aliis
quampluribus fidedignis ad pmissa Dat per manus eiusdē venlis
Creslai decani gneznen regni nri Cancellarii sincere nobis
dilecti Rlō eiusdē venbilis Creslai de kurozwanky
decani Gneznen Regni polonie Cancellarii

CCCXIII

Sentencia sub sigillis Judicis et subiudicis Castren In Causa Inter nobiles Johannem et paulum germanos de bostow ex vna et Consules Cracouien ex altera partibus occasione decollacionis quam ipsi violenciam nocturnam Jure mediante fecerant vertente et pro eo ad Jus terrestre quatuor Citacionibus citati fuerant quos regia maiestas Jure theutonico et non terrestri iuxta eorum priuilegia Judicandos decreuit et actoribus predictis silencium perpetuum pro hac re imponit Et est in ordine 108

Nos Nicolaus Strasz de Bialaczow Judex et Martinus de Konary subiudex terre Cracouien generalis Significamus tenore presencium quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris quomodo dum et quando Serenissimus princeps et dominus dominus Kazimirus dei gracia Rex polonie magnus dux Lithwanie etc vna cum Consulatu suo residentibus materia questionis inter partes vtrasque inferius descriptas mota et suscitata vt sequitur Ex quo causa Inter nobiles Johannem et paulum bostowsky actores et famosos Consules totamque Communitatem Ciuitatis Cracouie reos verten et a terminis particularibus ad que Consules tota que Communitas Ciuitatis eiusdem quatuor citacionibus fuerant ad respondendum citati cur et quare nobilem petrum de bostow fratrem ipsorum indiuisum et germanum iniuriose et violenter decapitassent iuxta tenorem Citacionum lacius et expressius continencium data et remissa ad eandem suam Serenitatem iudicanda per Judicium terrestre iuxta tenorem priuilegiorum ipsorum vel Consules non alicubi aliter quam ad regiem maiestatis audienciam

Et hoc dum Cracouie seu in Castro Cracouien aut
ad illum cui specialiter committendum duxerit ad Castrum
duntaxat Cracouien predictum per litteram Sue Serenitatis
saluis tamen ipsorum priuilegiis euocari poterint et citari
quibus se ab eodem Judicio terrestri prefati Consules exe-
merunt et ad regiam maiestatem traxerunt respondendum
iuxta Jura ipsorum videlicet Jure meidburgen et theutonico iuxta
continenciam priuilegiorum et Institucionum Ciuitatis predicte
Ciuitatis Cracouien causam eandem sepius coram eadem
regia maiestate cum Cracouiam feliciter venerat et sua Se-
renitas vigore Sue maiestatis distulit et prorogauit Tum
honorabilis dominus Johannes de bostow nomine suo et cum
procuratorio sufficienti ad hoc specialiter habito No-
bilis pauli fratris sui nominibus instanter Suam Serenitatem
postulabat vt causam illam ad Jus terrestre aut Jure polo-
nico Judicandam daret Consules autem Cracouien suis
priuilegiis se defendebant ne alibi quam Coram regia maiestate
Jure meidburgen et theutonico respondere essent astricti
iuxta tenorem priuilegiorum ipsorum petentes regiam maiestatem
vt iuxta priuilegia et iura eosdem conseruaret Tandem
tamen causa per Regiam maiestatem prorogata est vsque ad diem
Sabbatum proximum post festum Sancte Zophie quo termino
adueniente ambabus partibus coram Sua Serenitate et
Consilio parentibus videlicet honorabili domino Johanne de
bostow cum procuratorio etiam Nobilis pauli fratris sui
Et Consulibus Ciuitatis Crac Sua Serenitas et suum
Consilium inuenit Quod ~~ex quo~~ dicti Consules dicto
Johanni bostowszky et Paulo fratri ipsius Secundum ordinem
Juris theutonici et meidburgen eis respondere debent
si quid contra ipsos haberent iuxta tenorem priuilegiorum

Ipsorum Audiens hoc idem Johannes bostowsky et cum
plena potestate seu procuratorio sufficienti pauli fratris
sui de bostow proposuit contra dictos Consules Iuridice
coram Regia maiestate et Consilio Sue Serenitatis quomodo
ipsi fratrem ipsorum petrum de bostow in nullo maleficio re-
pertum nec in aliqua violencia recenti inventum ignominiose
et preter ius sua vi occidissent traxissent spoliassent ligas-
sent et de vivo mortuum fecissent nullam in eo iurisdiccionem
habentes Ad hoc Consules respondentes dixerunt hec
verba Serenissime domine Rex et domini graciosi pro illo
tempore Petrus bostowsky violencium in Civitate vestre
maiestatis sent prius rixas et iurgia suscitando In domo
de Schaltl Civis nostri quem eum occidere voluerunt
Generosum Johannem de brzezie et hospitem vulneravit post
hoc exivit de domo eadem ad hospicium suum et accepit suos
complices et stipendiarios et armata manu venit cum magna
turba et domum dicti Civis nostri hostiliter impugnavit
hostium violenta manu gladio et armis fregit seram de-
cussit et violenter domum intravit famuli autem Civitatis hec
sencientes pro ut ex officio ipsorum debent ad resistendum
venerunt aliqui sencientes se minori numero esse ad pretorium
pro alijs miserunt Et tamen illi eundem petrum cum de domo
exivisset insequebantur[2] in recenti adhuc nondum procrastinato
facto eum ceperunt et ad pretorium duxerunt Nobis autem Con-
sulibus querimentibus causam illam tractantibus dictus
petrus huiusmodi violenciam non denegavit sed se deliquisse
profitebatur Tandem missimus viceonotarium nostrum iuratum
ad conspiciendum hostium ita violentatum Item et pro vicinis
sub et supra morantibus qui omnes recognoverant huiusmodi
violenciam vidisse et conspexisse et proclamacionem hospitis

Audivisse Nos huiusmodi rescientes et deliberate
omnia scrutantes Cum testimonio huiusmodi facti vt
solemus Advocato et Scabinis in loco consueto in Iu
dicio sedentibus eundem Petrum inspinius qui tamen prius
confitebatur testamentum fecit deinde coram Iudicio stante
et querelam contra se cum testimonio audiente nichil cont
dixit sed tantum pro vita famulorum petivit et se tantum reum
recognovit deinde sentencia data ipse recepit finem quem
demeruit iuxta ordinem Iuris Regia maiestas cum suis
Consiliarijs audita proposicione et responsione prefati Johis
Bostowsky et tamquam procuratoris fris ipsius Pauli Sua Serenitas
cum Consiliarijs dixit hec verba ¶ Nos intelligimus quod
Consules in nullo tibi sunt rei tamen si vis deliberare
adhuc differemus causam ad plures Consiliarios Ille aut
dixit Serenissime domine Rex diu causa ista protracta est
peto Serenitatem vestram fiat finis nam quicquid maiestas
vestra edixerit contentus stabo Consules hoc idem petebat
Regia maiestas hoc idem audito Consilio habito quere
lam et responsa pensantes eam causam regia maiestas per
sonaliter diffinivit per Sentenciam in hec verba ¶ Quod
Ex quo Consules eum petro bostowsky fecerunt secundum ordinem
Iuris et ipse violenciam fecit in Civitate nostra et decreto
Iuris finem recepit pro suis factis tunc Consules nichil
debent pati pro isto nec in aliquo rei sunt Et tibi bostowsky
cum tuis omnibus fratribus et consanguineis quibuscumque
vtriusque sexus imponimus pro hac causa perpetuum silencium
mortificantes omnes huiusmodi quatuor citaciones consules

Datas In preiudicium Jurium et priuilegiorum ipsorum volens
et habentes ipas literas easdem mortificando anullando
et cassando et in nichilum redigendo Insuper Sua Serenitas
nobis huiusmodi decretum in acta sue curie inscribi vt esset
testimonium non in polonico Jure actum Sed vt secundum pri-
uilegia Ciuitatis Crac et Consulum factum Juribus omnibus
ipsorum illesis In Cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus
sunt subappensa Actum et dat Crac Sabbato proximo post
festum Sancte Zophie Anno domini Millesimo quadringentesimo
Octuagesimo Septimo Presentibus ibidem Magnificis Jacobo
de dambno Castellano et Capitaneo Crac Raphaele de
marsalco magno Curie Jacobo de Kliwnow Judice curie
Johanne de Wolya Stanislao de ibidem heredibus
et alys quampluribus fidedignis

Litera Wladislai polonie Regis In qua testatur
de duobus priuilegys super libertatem Exactionis
per Johannem Cancellarium Regni perditis et est 109

Nos Wladislaus dei gracia
Rex polonie etc
Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis
quod cum die dat presencium magnificos sincere nobis
dilectos videlicet Nicolaum de Michalow Castellanum
et Capitaneum Petrum Schaffraniec de Pyeskowaskala

Palatinum Cracovien Johannem de Koniecz polye
Regni nostri polonie Cancellarius Laurencius zaleba
Siradien Johannem de Thantzin Woyniczen et Cle-
mentem Wontrobkam biecen Castellanos ac dobro-
gostius de Schamotuly Subcamerarius Kalissiensem
maioris polonie tutores ad tractandum et racione ponen
cum providis Consulibus nris Cracovien fidelibus
dilectis de exactione nra regali alias Schoszh faciendum
Tandem ipi Consules duas liras dive memorie amma-
tissimi genitoris nri vnam vz de Anno domini Millio &c
vicesimo octavo et de data Cracovie feria Secunda
post dominicam letare In qua ab omnibus censibus Con-
tribucionibus exactionibus et quibusuis solucionibus
angariis et laboribus nobis debitis liberati sunt et ex-
empti Aliam vero de anno domini Millesimo &c trice-
simo primo et de data similiter Cracovie feria tercia
post conductum pasce in qua parimodo ab omnibus
censibus Contribucionibus exactionibus et quibusuis
solucionibus angariis aut laboribus nobis debitis sunt
eciam absoluti Coram prefatis Consiliariis obtulerunt
exempcione a premissis contribucionibus sua et omnium
Incolarum Civitatis Cracovien nre predicte allegantes
Quasquidem duas liras suprascriptas prelibato Johanni
cancellario Regni Polonie nri servari caute fecimus
Verum tpe racionum futurarum cum ipis habendarum et dum ipis
adesset necessitas ipe lre de manibus ptacti Cancellarii
nri debent ipis viceuersa restitui atque tradi Dat Crac
feria quarta in Crastino omnium Sanctorum Anno domini
Millesimo quadringentesimo Tricesimo Quinto

Privilegium Wladislai polonie Regis super fossata a porta Sancti Nicolai usque ad valuam sub castro et super balneum parandum Civitati ubi eis melius videretur omnia illa pro Civitate habent et est no[vum]

IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei
rei memoriam Dum vivit lex vivit et actio lege quesita
cuius assertio nutrit memoriam et labiles semper perpetuat
actiones Proinde Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie
Lithwanie que princeps supremus et heres Russie etc Significamus
quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam
presencium habituris Quod cupientes Civitatis nostre Cracovien
Condicionem facere meliorem Cives que et incolas ipsius spe-
ciali gracia prevenire Volentes eciam ut eadem Civitas
in fossatis et aliis defectibus per ipsos reformetur fortificetur
et effectualiter muniatur ipsis plenam et omnimodam potestatem
concessimus et tenore presencium concedimus Nova fossata erigendi
et fodendi incipiendo ab extra a valua Sancti Nicolai usque ad
valuam sub castro Cracovien qua itur Kazimiriam situatam
que fossata aquis et decursibus ipsarum iuxta industriam ipsorum
sine dispendiis nostris et alienis ipsis licitum erit adimplere
et piscinas pro utilitate ipsius Civitatis in ipsis facere quarum
piscaturas pro ipsis et utilitate eiusdem Civitatis Cracovien
adiungimus perpetuis temporibus duraturis Item eciam Civi-
tati Cracovien et Civibus quod blonye dicitur In qua rubeta
crescerat a fossatis eiusdem usque ad littus fluminis Wisle
appropriamus annectimus et incorporamus perpetuo et in evum
Ortis piscinis et pomeriis nostris et aliorum quorumcunque in

Fc

G planicie

Eadem planicie situatis demptis penitus et exclusis Preterea eosdem Cives ampliori gracia prosequi desiderantes et eos ad obsequia per ipsos nobis et in posterum nostris in futurum exhibenda reddere promptiores Pro melioracione eiusdem Civitatis Cracovien ipsis plenariam concedimus facultatem quod balneum in loco apto quem invenire poterint extra vel intra muros Civitatis poterint erigere construere et locare Censusque et omnes proventus omnium premissorum pro utilitatibus ipsius Civitatis convertere per ipsos et eandem Civitatem tenenda habenda utifruenda ac perpetuis temporibus possidenda harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Actum in Nova Civitate alias Korczin feria quinta In vigilia Sancti Johannis baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo primo Presentibus hiis validis Strenuis que viris Johanne de Tanczin castellano Cracovien Johanne de Tarnow Sandomiriensi Jacobo de Koniecpolye Siradien palatinis Cristino de ostrow Sandomirien Petro Kmytte Lublinen Martino Siradien et Cristino Sandecen Castellanis Multis que alys viris fidelibus fidedignis datum per manus domini Nicolai de Kurow episcopi wladislawien nobis sincere dilecti Ad relacionem Johannis de Thanczin Castellani Cracoviensis

Privilegium Wladislai polonie Regis Super Generale depositorum omnium rerum venalium Ad Civitatem Cracovien inductarum undecumque adductarum Sub privacione personarum et rerum suarum mercimonialium Cracovien Civitati datum et est III^mum

In nomine domini amen Wladislaus dei gracia Rex polonie lithwanie que princeps supremus et heres russie etc. Ad perpetuam rei memoriam Licet Regie dignitatis circumspecta benignitas vniuersorum suorum fidelium suo regimini subiectorum ex assumpte dignitatis officio vtilitati teneatur intendere Illis tamen sue liberalitatis dexteram consueuit vberius extendere quos in prosperis gratuitos in aduersis fidelitate continua sollicitos ac circa procurandos et instaurandos regie maiestatis honores operosa laborum diuturnitas ac firme fidei constancia claros fore testimoniis euidentissime recommendant Sane considerantes clare fidei constanciam et sincere fidelitatis fructuosa seruicia que nobis et diuis predecessoribus nostris Regibus polonie fideles nostri dilecti Consules Incole que ac tota Communitas Ciuitatis nostre Crac diligentibus exhibuerunt et adhuc continuis affectibus vniuersa que nostri culminis honorem respiciunt sincera fide non desinunt prosequi animo diligenti quorum Intuitu ipsos piis et graciosis affectibus intendentes prosequi ac specialium graciarum prerogatiua letari volentes et perfrui ampliori Et vt ydem Consules Ciues et incole Ciuitatis nostre Cracouien predicte pro labore prehabito ac tantis ipsorum fidelibus seruiciis premio non careant diucius expectato sed vt aucto fidelitatis studio nostre suffulti munificenciis gratie nostris oportunitatibus seruiciis valeant operosius inherere quod eciam Ciuitas nostra Cracouien sub felici nostro regimine felicius suscipiat incrementum Eisdem Consulibus Incolis et Ciuibus toti que Communitati Ciuitatis nostre Cracouien supradicte hanc nostre gratie plenitudinem decreuimus faciendam quod videlicet Vniuersi et singuli hospites aduene seu mercatores extranei

Regionum omnium provinciarum et parcium et Signanter
Ruthenj Prutenj Hungari Morauj bohemj Slezite ac
alij omnes et singuli cuiuscumque nacionis vel linguagij fue-
rint in regnum nostrum polonie cum rebus et bonis ipsorum mer-
cionalibus transire volentes omnes ipsorum merces et res
venales seu mercimonia cuiuscumque maneriei generis spe-
ciei coloris precij nominis vel estimacionis existant in dictam
Ciuitatem nostram Cracouien adducere et in eadem deponere
debeant et vendere teneantur perpetuis temporibus affuturis
Extra Ciuitatem Cracouien nostram predictam Cum eisdem rebus
ipsorum mercimonijs et bonis venalibus vlterius transire
seu procedere non ausuri. Sub priuacione personarum et
rerum suarum mercimonialium quas tales mercatores extra-
nei et aduene tamquam mandati nostri transgressores apud
demonstrerentur habere vel quomodolibet obtinere. Quodque
prefati hospites et aduene seu mercatores extranei omnes
et eorum quilibet nullas vias extraneas vel circuiuagas
cum rebus bonis et mercibus ipsorum huiusmodi nisi super
dictam Ciuitatem nostram Cracouien sub pena predicta
transire debeant vel eciam proficisci. Illis duntaxat
exclusis specialiter et exceptis quos ad Ciuitates nostras
Sandomirien vel lublinen cum rebus et mercibus ipsorum
quibusuis contigerit proficisci. Presentes eciam per literas
nostras maiori Sigillo quam primum exsculptum et for-
matum fuerit Sigillatas volumus et promittimus confir-
mare harum quibus Sigillum nostrum appensum est
testimonio literarum. Actum Cracouie In crastino beate katherine

E

l

m

N

Virginis Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo presentibus Reuerendis in xpo patribus dominis bodzantha sancte Gneznensis Ecclesie archiepiscopo Johanne Johanne episcopo Cracouiensi Ac Strennuis militibus dobeslao Castellano Cracouiensi Johanne Sandomiriensi Sandziwogio kalissiensi palatinis et Johanne de Thanczin Capitaneo Siradiensi ac alijs multis nostris fidelibus fidedignis Datum per manus Honorabilis zacharie prepositi Sandomiriensis Cancellarij et Clementis de moszkorzow vicecancellarij aule nostre fidelium dilectorum

Priuilegium kazimiri polonie Regis Super molendinum In quo tele parchanid et alia dealbantur Als walkmole in fluuio Rudawe retro ecclesiam sancti Nicolai per Consules Cracouienses pro vtilitate Ciuitatis edificandum Et est in ordine 112

IN NOMINE DOMINI AMEN Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimenta alta regum et principum decreuerunt consilia ea literarum apicibus et testium annotatione perhennare Ad perpetuam igitur rei memoriam Nos kazimirus dei gratia Rex polonie nec non terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyawie magnusque dux lithwanie Russie prussie nec non Culmensis elbingensis

Kongspergen et Pomeranie terrarum heres et dominus
Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis
presentibus et futuris harum noticiam habituris Etsi ex be-
nignitate et munificencia nostra Regali omnium subdi-
torum nostrorum vtilitati teneamur intendere plus tamen
efficacior nos sollicitat vt illos fauore et gracia quorum
fides illibata et seruiciorum prestans exhibicio coram nostra
maiestate redolet amplectamus et prosequamur Consi-
deratis igitur et attentis fidelibus ac gratis seruicijs
multiplicibus quoque meritis fidelium nostrorum dilectorum famosorum
Consulum et Ciuium Ciuitatis nostre Cracouie nobis ardenter
et operose temporibus oportunis et arduis exhibitis pen-
satis nichilominus gratam ipsorum affectionem sinceram obedi-
enciam et beniuolenciam quam ad nostram maiestatem post suscepti
nostri regiminis gubernacionem ac regalis dignitatis insi-
gniciones gesserunt hactenus habent et in futurum sunt ha-
bituri Ne ipsorum alia obsequiorum merita apud nos rema-
neant inpremiata Volentes Ciuitatem ipsam Cracouien-
sem nostram gracijs specialibus decorare et adornare predictos
quoque Consules ac eorum successores ad queuis obsequia in po-
sterum nobis exhibenda reddere feruenciores Exnunc de
certa nostra sciencia et voluntate voto et consilio nostrorum
Consiliariorum ad id accedente prefatis Consulibus et toti
Comunitati Ciuitatis Cracouien iamdicte hanc gratie
plenitudinis et prerogatiue libertatem concessimus et indul-
simus tenore quoque presencium indulgemus concedimus damus et lar-
gimur vsum aque nostre de ripa seu fluuio rudawa

Que in fossato retro Ecclesiam Sancti Nicolai extra muros Cracouien fluit super molendina nostra ibidem situata pro omni necessitate erectione gubernatione et molendini quod memorati Consules et Cives pro pannis tele barchanorum dealbacione cuiuscunque generis aut speciei fuerint in loco quo melius ipsis visum fuerit fundamentaliter erigere construere et edificare de nostro consensu decreuerunt pro comodo et utilitate dicte Civitatis Cracouien Ita quod prenominati Consules nomine tocius Communitatis predictum aquefluxum pleno Iure et dominio pro se et successoribus eorum pacifice absque quouis impedimento nostro et officialium nostrorum et absque omni dacione et angaria libere habere et vtifrui possunt et debent perpetuis temporibus et eciternis ¶ Adiecta tamen condicione quod vsus aque predicte omni tempore molendinis nostris non sit nociuus aut preiudicio ¶ Aqua tamen que per Consules prefatos Cracouien pro Ciuitatis ipsius vtilitate super molendinum dictum als walkmole de fossato Rudawe predicto educitur continuis et perpetuis temporibus per eosdem Consules et successores eorum in alueum predicti fossati Rudawa pro necessitate nostrorum molendinorum reduci restitui et conduci debet ¶ Nichilominus huiusmodi vsum aque ipsi Ciuitati Cracouien prout superius expressum est preter dampnum molendinorum nostrorum donamus attribuimus presentium et per tenorem damus donamusque inviscerantes et largimur temporibus eciternis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum Cracouie Feria Sexta post festum Sancte lucie

R

L

N

Virginis Anno domini millesimoquadringentesimoquin-
quagesimooctavo Presentibus ibidem Magnificis et Gene-
rosis Johanne de Thanczin Cracovien Johanne de olesth-
nycza Sandomirien palatinis Petro de Scharnotczuli po-
snanien Przedborio de konyeczpolye Sandomirien Hyncza
de rogow Siradien et regni polonie vicethezaurario Cre-
slao de kurozwanky lublinen Castellanis et alys quampluribus
fidedignis testibus ad premissa ¶ Dat per manus venerabilis
Johannis lutkonis de brzezye utriusque Iuris doctoris
Sacri apostolici pallacy causarum auditoris archidiaconi
Gneznen et Regni polonie vicecancellary sincere nobis dilecti

Privilegium Rectoris alme Universitatis Study
Cracovien super Censu unius marce cum media
de Collegio burse Iherusalem pro festo Sancti martini
Civitati Cracovien singulis annis solvendi obligat
et est in ordine Centesimum Tredecimum ·113·

Nos Caspar Rockembergk licenciatus in decretis Crac
scolasticus Rector magistri quoque et doctores alme universitatis
Study Cracovien Significamus tenore presencium ad perpetuam
rei memoriam tam presentibus quam futuris Quod licet colle-
gium seu domus Iherusalem in platea figulorum in Civitate
Cracovien per Reverendissimum olim in Cristo patrem dominum
Sbigneum tituli Sancte prisce Sacrosancte Romane Ecclesie
presbiterum Cardinalem et Episcopum Cracovien apud ho-
nestam Agnetham Relictam olim Bernhardi de Brega

Idem vide Thome Epi Crac folio 146 sed in privilegio 136

Et filios eius pro certa pecuniaria summa empta et iuxta
Juris Ciuilis Cracouien formam et ordinem eidem domino
Sbigneo Cardinali et Episcopo et nobis vniuersitati que nunc
Studii Cracouien vendita reformata et resignata ac sumptu
ipso opere ac muro ad singularium personarum Clericorum et studio
in eadem vniuersitate incumbere volencium profectum edificata
Censibus et introitibus dotata Per Spectabilem que Consulatum
insignis et nobilis Ciuitatis Cracouien libertata extiterit;
Quia tamen Consulatus ipse Cracouien ad ferendum onera
Ciuilia in domo et collegio prefato Jerusalem vnius et dimidie
marce grossorum pecunie pensionem et censum sibi reseruauit;
Unde ne reseruacionem census prefati futuris temporibus in
dubium reuocari contingat Nos et domum predictam seu colle
gium Jerusalem ad solucionem vnius et dimidie marce in festo sancti
Martini perpetuis solvende temporibus submittimus et astringimus
et Censum prefate marce cum dimidia pro Consulatu Crac
soluendum in vim et titulum terrestrem census annis singulis
perpetuis temporibus de domo et Collegio prefatis Etiam si ipsam
domum per absenciam et defectum personarum incendio ruina aut
quocumque alio casu desertari contigerit sub pena reclusionis
et conclusionis domus quam ipsius domus Consulibus Crac
per se aut eorum seruitores officiales et litores facere licebit
Ad quam quidem reclusionis et conclusionis penam quociens
cumque negligentes fuerimus in soluendo Nos domum collegium
que prefatum eius gubernatorem seniorem ordinatorem et
inhabitatores non per errorem aut improuide sed de certa
sciencia subicimus et obligamus In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum Crac
feria sexta post festa pasce Anno domini millesimo quadringentesimo

Sexagesimo presentibus Venerabilibus et Honorabilibus
viris dominis Johanne Juniore dlugosch Cracovien(si) Jaco-
bo de Schadek decretorum doctore Sandomirien(si) Canonicis
et Ulrico de Cracovia baccalario in decretis plebano in
Ghebeltow testibus ad premissa

Littera super pannicidium per Andream pasthonis Civitati Cracovien(si) Jure hereditario resignatum Et est in ordine Centesimum quartumdecimum 114m

Ab anno domini millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo
In Crastino corporis Christi Judicium fuit bannitum per advo-
catum Nicolaum schaffer et Scabinos subnissos vz Jacobum
mordbyt Georgium arnsbergk Petrum gerszdorff Johannem
kazmer Johannem puszwang Johannem oder Closzmann
de brega Nicolaum hungerkast Nicolaum wolwelszdorff
Nicolaum wolfinger et Nicolaum losslaw Coram quo iudicio
Andreas quondam pasthonis Zuppary patruelis seu co-
sinus cum bona sue mentis deliberacione voluntarie personaliter
constitutus Cameram suam pannorum contiguam camere Petri
Spitzmer In qua stat Nicolaus botner cum eisdem omnibus
modis Juribus quibus eandem hactenus tenuit et possedit
honorabilibus viris Winkon danczk petro fochs czagel pro-
tunc Consulibus Civitatis Crac(ovie) nomine eiusdem Civitatis
resignavit ad faciendum et dimittendum cum ipsa camera omnimode
et perpetue per ipsam Civitatem aut eius Consules qui pro tempore
fuerint tunc ipse Andreas solus nichil pro se aut successoribus
suis Juris ibidem reservans In cuius rei testimonium sigillum etc

Sequuntur lre originales super aduocatia Crac

Priuilegium Wladislai Hungarie et polonie Regis super quadringentas marcas Generoso Nicolao de Zakrzew militi super aduocatia Crac inscriptas et est in ordine Centesimum quindecimum 115m

Wladislaus dei gra Hungarie polonie dalmacie Croacie etc Rex litphanie qz princeps supremus et heres Russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris quod attendentes grata fidelitatis obsequia studiosa quibus nobis Generosus Nicolaus de Zakrzew miles noster grate dilectus assidue et signanter hoc regno nostro hungarie in compressione hostium nostrorum non sine expensis complacuit aucto qz studio complacebit in futurum horum intuitu sibi legittimis qz suis successoribus Quadringentas marcas monete et numeri grossorum 48 gr in quamlibet marcam computando In et super aduocacia nostra Crac inscribimus per presentes per ipsum Nicolaum suos qz legittimos successores tenendum habendum pacifice qz possidendum tam diu quousqz per nos aut nostros successores sibi aut suis successoribus dicte quadringente marce integraliter fuerint persolute quibus persolutis possessio dicte aduocatie ad nos nostros qz successores conuertetur pleno Jure Dat in Insula Czepel prope villam Scti Nicolai feria sexta in die omnium Sanctorum Anno dni millesimoquadringentesimoquadragesimoprimo

Ad relacionem Magistri Johannis de konyetzpolye Regni polonie Cancellarii

Privilegium Wladislai Hungarie et Polonie Regis super ducentas marcas Generoso Nicolao de Zakrzew super advocacia Cracovien inscriptas et est in ordine Centesimum Sedecimum 116m

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc Rex Lithwanie que princeps Supremus et heres Russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit universis quod attendentes grate fidelitatis obsequia studiosa quibus nostre maiestati Strenuus et Generosus Nicolaus de Zakrzew miles noster fidelis dilectus multipliciter complacuit et signanter in hac nostra via Hungaricali quam fecimus ad hoc ipsum Regnum nostrum electionem de nobis facta omnium ipsius Regni principum prelatorum baronum militum nobilium procerum et communitatum una voluntate et uno consensu legittime prosequentes cum armis et apparatibus militaribus diligenter et fructuose nobis complacuit et servivit aucto que fidei sue studio prestancius poterit in futurum complacere. Horum et aliorum meritorum intuitu volentes que ipsum Nicolaum gracie nostre prosequi favoribus et ad obsequia nostra continuo reddere promptiorem Sibi In et super advocacia nostra Crac ducentas marcas monete et numeri polonicalium communium in marcam quamlibet quadraginta octo grossos computando Inscribimus assignamus damus donamus et largimur graciose Cum omnibus et singulis eiusdem advocacie utilitatibus redditibus proventibus attinenciis obvencionibus et Juribus generaliter universis per ipsum Nicolaum et legittimos suos Successores

Habenda tenenda utifruenda gubernanda quiete et pacifice possidenda tam diu quousque per nos aut nostros successores sibi Nicolao aut suis legittimis successoribus huiusmodi ducente marce integraliter fuerint persolute quo facto aduocatie predicte possessio ad nos et ad nostros successores reuertetur pleno Iure Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum in papa feria quarta in die Sancti petri apostoli ad kathedram Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo Ad relacionem magnifici petri woda de Szczekoczin Regni polonie vicecancellarii

Priuilegium wladislai hungarie et polonie regis Super summam quadringentarum marcarum Nobili Nicolao zakrzewszky Super aduocatia Cracouiensi Inscriptarum In ordine est centesimum decimum septimum 117

Wladislaus dei gracia Rex hungarie polonie dalmatie croatie etc. litphanie princeps Supremus et heres russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quomodo attendentes grata fidellitatis obsequia quibus Generosus Nicolaus de zakrzew maiestati nostre complacuit multipliciter et signanter in hac via hungaricali moderna cum familia armata et ornata aucto ex fidei sue studio prestancius poterit complacere in futurum horum intuitu volentes eumque ipsum Nicolaum graciarum nostrarum prosequi fauoribus et

Ad obsequia nostra continuo reddere prompciorem sibi In et super Aduocatia nostra Cracouiensi quadringentas marcas monete et numeri polonicalis consueti in marca quamlibet quadraginta octo grossos computando instituimus assignauimus damus donamus et largimur graciose tenore presencium mediante per ipsum quoque Nicolaum et ipsius legittimos successores tenendum habendum quiete et pacifice possidendum tamdiu vsque per nos aut nostros successores sibi aut suis legittimis successoribus prefate quadringente marce fuerint integraliter persolute quo facto possessio dicte aduocatie ad nos aut nostros successores redibit pleno iure Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum in loco campestri Stacionis nostre feria quinta ante dominicam Judica circa castrum nemptch Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo etc.

Priuilegium Kazimiri polonie Regis super consensu Eximendi Aduocaciam Cracouiensem apud Nobilem Stanislaum Zakrzewszky Consulibus Cracouiensibus datum Et est in ordine Centesimum decimum octauum 118

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux lithuanie russie Prussie quoque dominus et heres etc Significamus tenore presencium vniuersis et singulis quibus expedit Quomodo attendentes et recensentes merita et studium fidelitatis Spectabilium et famosorum Consulum vrbis nostre Cracouiensis quibus erga maiestatem nostram meriti sunt et precipue

Quod in nostra nuper pregnanti oportunitate pro
soluendis seruicijs stipendarijs et armigeris nostris qui in
presenciarum nobis et illustri domino Kazimiro Regni Hungarie
naturali heredi nato nostro charissimo in predicto Hungarie
Regno seruierunt certis pecuniarum summis nos fecerunt
supportatos horum itaque intuitu cupientes ipsos facere conso
latos et ad vlteriora prestanda seruicia allicere et facere
prompciores ipsis Consulibus aduocaciam nostram Cracouien
quam alias in certis pecuniarum summis Nobilis Stanislaus
Zakrzewszky a nostris antecessoribus obligatam habet et instru
ptam redimendum eximendum expediendum exbrigandum in
summa et quantitate pecuniarum in quibus ritte et legittime
ipsi Stanislao Zakrzewszky obligata existit dedimus contulimus
et indulsimus ac tenore presencium damus concedimus et indulgemus
per ipsos Consules modernos et pro tempore existentes tenendam
habendam regendam et gubernandam cum omnibus que et singulis
ipsius aduocacie Censibus redditibus prouentibus introitibus
pertinencijs adiacencijs coherencijs generaliter quibuscunque vnius
vocentur et nuncupentur nominibus possidendum et vtifruendum
quomodo ipsis videbitur expedire nullis penitus exceptis aut alienatis
tam diu et quousque summa et quantitas pecuniarum in qua per
eos ipsa aduocacia de manibus ipsius Stanislai Zakrzewszky
redempta fuerit per nos aut nostros successores non parciali aut
media sed integra et totali summa persoluta fuerit quibus solute
visus redditus et prouentus ac possessio dicte aduocacie ad nos
et successores nostros pleno iure redibit et reuertetur ¶ Item
promittimus et spondemus presentibus quod dictam aduocaciam

De manibus ipsorum Consulum pro tempore existencium
nullipiam eximere permittemus Sed eius exempcione nobis
et successoribus nostris tantummodo reseruamus Insuper damus
indulgemus et admittimus quod ipsi Consules moderni et pro tempore
existentes habebunt omnem potestatem et facultatem tractandi
componendi concordandi et determinandi cum Venerabili Stanislao
Wyslyczky Canonico Cracouien notario nostro de et super viginti
marcis grossorum monete et numeri census annui in ipsa aduocacia
Cracouien sibi Stanislao wyslyczky inscriptis quod si quouismodo
super huiusmodi viginti marcis cum ipso Stanislao wyslyczky
Consules predicti componere et concludere nequiuerint extunc
post mortem predicti Stanislai wyslyczky census predictus
viginti marcarum ad ipsos Consules modernos et pro tempore
existentes siue ad aduocaciam prefatam Cracouien simpliciter
et de plano sine quacumque pecuniaria solucione deuoluetur
et redibit In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus
est subappensum Datum Cracouie die dominica Inuocauit me
Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo secundo
Presentibus ibidem Reuerendo in Christo patre domino Johanne Episcopo
Cracouien Necnon magnificis Venerabilibus et Generosis
Dobeslao Kmytta de Wyszniycze Castellano lublinien Jacobo
de Dambno Regni polonie Cancellario et Capitaneo Crac
Johanne de Rytwyany eiusdem regni marsalco Johanne
Dlugosch Seniore gneznen et Crac Sbigneo de olesznycza
Scolastico et Canonico Crac ecclesiarum ceterisque fide dignis ad
premissa testibus Relacio prefati magnifici Jacobi de Dem-
bno Regni polonie Cancellarii et Capitanei Cracouiensis

Privilegium Kazimiri polonie Regis cui litere tres obligacionum prenotate sunt inserte ad peticionem petri lang Consulis Cracovien datum et per Regem confirmat et est in ordine 119

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnusdux litphanie russie prussie que dominus et heres etc Significamus tenore presencium universis quomodo animadvertentes merita et fidelitatis studia quibus Spectabilis et famosus petrus llangk Consul et Civis Cracovien grate nobis dilectus celsitudini nostre studuit complacere et in futurum se poterit exhibere officiosum nobis et reipublice atque utilem Volentes eum premissorum meritorum suorum occasione facere consolatum ac ad ulteriora prestanda servicia efficere prompciorem sibi advocaciam maiorem Cracovien de manibus Nobilis Zakrzewszky tenutary ipsius advocacie in summa et quantitate pecuniarum in literis obligacionum antecessorum suorum contenta et in qua ipsi Zakrzewszky et suis propinquioribus sive antecessoribus extiterit obligata eximere et redimere indulsimus et presentibus indulgemus et admittimus quamquidem advocaciam ipse Petrus langk de potestate ipsius Stanislai de facto exemit et exbrigavit cum effectu Ut autem ipse petrus huius exempcionis sit perfectior atque providens ne litere obligacionum huiusmodi advocacie per ipsum exempte inveterescant aut caduciem vel detrimentum paciantur peryt presentibus de eis fieri mencionem Nos vero ipsius Petri supplicacionibus iustis et racionabilibus annuentes de predictis literis inscripcionum dicte advocacie earum insercioni

Originaliter propter prolixitatem omissa et quarum tenorem volumus hic habere pro insertis tamquam de verbo ad verbum essent ingrossate saltem tamen effectus ipsarum decre-vimus fieri mencionem Primo litera felicis recordii wladislai hungarie et polonie regis vide folio 127 literam I Item secunda predicti domini wladislai vide folio 128 literam K Ceterum tercia litera sepenominati domini wladislai etc vide folio 129 literam L Ita tamen quod summe in predictis literis tribus prefati domini wladislai Regis in et super prenominata advocacia Cracoviensi prefacto Nicolao zakrzewsky inscripte et donate faciunt mille marcas monete et numeri soliti polonicalis quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando Quas quidem literas inscripcionum prenominati domini wladislai dive memorie hungarie croacie dalmacie etc regis germani nostri charissimi coram nobis et nostris consiliariis originaliter reproductas sanas integras non viciatas nec in aliqua parte ipsarum suspectas omni quoque prorsus vicio carentes cognitas rite et legittime emanatas In omnibus punctis clausulis et articulis ratificamus approbamus quoque eas decernentes robur et firmitatem obtinere tenore presencium ac si presentibus originaliter essent inserte Quamquidem advo-caciam Cracoviensem ipse petrus langk et sui successores le-gittimi cum omnibus et singulis censibus redditibus introitibus possessionibus adiacenciis quolibet ad ipsam advocaciam spectan-tibus nullis penitus exceptis et prout antecessores nostri tenuerunt et possiderunt tenebit habebit et possidebit in summa predictarum mille marcarum in literis de quibus mencio extenta

Ac vsufructus pro vt sibi et suis successoribus videbitur
expedire tam diu et quousque huiusmodi mille marce per nos
et nostros successores sibi petro lang aut eius successoribus fuerint
solute Quibus solutis vsus possessio et proprietas ipsius
aduocacie ad nos aut nostros successores pleno reuertetur nostris
iuribus regalibus per omnia saluis In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est subappensum Datum Crac feria
secunda festi penthecostes Anno domini millesimoquadrin-
gentesimoseptuagesimosecundo Relacio magnifici Jacobi de
dambno Regni polonie cancellarii et Capitanei Cracouiensis

Priuilegium Alexandri als Wytoldt lithwanie ducis
supremi In quo Ciuibus Cracouiensibus concedit quod
per terras et possessiones suas possunt ire libere in
mercando vel alio quouis honesto modo 120

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos
alexander als Witoldus dei gracia dux lithwanie supremus
Trocensis heres Russie que dominus et cetera Vniuersorum tam
presencium quam futurorum commendamus memorie noticie per
hec scripta quod attendentes pure fidei charitatem et sinceros
pie fraternitatis amplexus quibus cum serenissimo principe
domino wladislao Rege polonie etiam domino et fratre nostro
charissimo confouemur ipsius ducti instancys Nec non ob
multiplices honores et obsequiorum promptitudines nobis

Per honestos viros Consules Cives et totam Communitatem
Civitatis Cracovien(sis) exhibitas et per amplius altissimo
fervencius exhibendas domino annuente eosdem quod haben
tes gratitudine regiminis ipsis Consulibus Civibus ac toti
Comunitati premisse damus Concedimus et donamus Ac
magnifice largimur tutum liberum ac securum transitum ingres
sum et egressum cum omnibus ipsorum bonis rebus mercimoniis
equis animalibus curribus vehiculis baulis que circa se
aut suos servitores aut homines habebunt vel habere pote
rint pro emendis vendendis baratandis sive commutandis
quibuscumque mercibus ac diversorum generum mercimoniis in
omnes et singulas terras provincias Civitates Castra et
Castella villas et loca terrarum nostrarum Lithwanie et Russie
et aliarum quarumcumque dicioni et gubernacioni nostre subiectarum
nec non per et trans easdem terras loca Civitates castra
Castella et villas nostras singulas et trans metas earum
ad quasvis alias terras provincias seu districtus quorumcumque
hominum nacionum aut linguarum et ad singulas earum partes
longe vel prope existentes in quibus ipsis et cuilibet ipsorum
pro huiusmodi experiendis mercibus et diversorum generum
mercimoniis comodosius melius et utilius expedire videbitur
aut placebit cum quod prefatas terras nostras et dominia eundo
aut redeundo introduxerint promittimus et spondemus eosdem
cum omnibus ipsorum bonis rebus ac mercimoniis ab omnibus
hostium incursibus quantum iuris est defendere et ab impe
dimentis molestiis quod protegere pariter et tueri a quibus
euntibus et redeuntibus nos officiales sive terrigene nostri

Nil plus exigere et repetere debemus nisi theolonea tran marinis antiqua Juridica et consueta presentibus perpetuis temporibus duratur Dat in lublin feria quarta infra octauas corporiscristi Anno millesimoquadringentesimo tercio Nostro maiori et autentico sub Sigillo presentibus Reuerendis in xpo patribus Nicolao archiepo Ste Gneznen et Petro epo Cracouien ecclesiarum Nec non nobilibus et Strenuus Johanne de Thanczin castellano Johanne de Tharnow palatino Cracouiensibus Clemente Castellano wisliciensi Gneuossio Regmalis Curie mgro et quam pluribus alys nobilibus fidedignis

Priuilegium premislay ducis Cracouie In quo Gerhardo et henrico borussom Ciuibus Cracouien dat Jure hereditario prouentus dictos przystaw quod propter antiquitatem plus quam propter comodum hic ad ordinem insertum est In ordine 121m

IN NOMINE DOMINI AMEN

Cum a primi lapsu parentis cuncta sita sint in lubrico nec quicquam sit procul a scripto quod aliquam perpetuitatis sibi spondere possit firmitatem Nos premislius secundus deigracia dux polonie maioris et Cracouie Ad omnium tam presencium quam futurorum noticiam peruenire volentes iam precone nostro Swentkone fecimus declamante promulgari

Quam etiam viuaci litterarum attestacione perhennari
quod fidelibus nostris ac nostris charissimis Gerardo Vetz
et Henrico Borusiom Civibus Cracouiensibus quorum fidem
multiformem et fidelium serviciorum continuacionem quam
nobis et nostris antecessoribus multipliciter impenderunt
suis rebus liberaliter et personis quamplurimis didicimus
experimentis laudabilibus in retribucionem serviciorum volentes
nos fideles et servitores vniuersos in beneficiis semper crescere
et honore munifice damus tradimus et conferimus proventus
et soluciones eas que wlgariter Przistaw nuncupantur
ipsis et eorum posteris Iure hereditario quiete rite et invio
labiliter possidendas in perpetuum et habendas salvis por
cionibus baronum et honorum curie nostre vt pote Castellani
Cracouien et eius qui dicitur Woyszky nec non parte prepo
siti beati Floriani quorum porciones et partes proventuum di
uersas non minuere sed potius ampliacionibus vberrimis
liberalitate principali volumus adaugere Verum quia levi
tas condicionis humane que tam principibus quam principum
assessoribus inevitabiliter prohdolor adiacet imitatur quam
sepius servicia fidelium preterita et libertates munificencie
principum retroactas invidie suggestionibus cooperantibus
ad hoc falce insaciabilis avaricie consueuit desquamare
Cupientes donacionem nostre magnificencie penes supradictos
servitores nostros G et H ac ipsorum posteros ita radicari
ne alicuius invidie ligonibus ab ipsis subverti queat aut
euelli racione terciorum evidencie presens scriptum nostri Sigilli
communimine nec non attestacione subscriptorum dignum duximus

R

Vetusta et profunda terminorum elegancia

Datum et actum Cracovie Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto ydus Septembris presentibus hys Comite Pegota Castellano Cracovien Comite beniamin Judice de Gnezna Comite barwoldo castellano kalissien domino Andrea Cancellario Curie nostre datore huius privilegy et facti ordinatore Comite Stogneo venatore kalissien nec non fratre suo Comite Rostone

Lra Super domum retro ecclesiam Sancti Nicolai que Civitati Censuat pro fundo annuatim unam marcam
In ordine est 122

Wir Michel von der Czirla Claws kyzinger Caspar Rozmerz Maczke von byecz Paul behem Langk Niclos Remigius frewdenreich und Niclos leypnycker Rotman der Stad Crakow bekennen allen den ys notdorfft ist das vor unsers rots kegenwertikeit der frome Stanislaus prosthowszky kegenwertigk stehende hot zeyn hawss hinder Sant Niclos kyrchen off der Stad grunde ligende das alle yor der Stad eyne margk gemeyner muntze yeriges tzinses ewiges tzinset und mit den zelbigen rechten mossen und grentczen als her das zelbig hawss bis do her gehalden und besessen hot dem fursichtigen Jan Gonszka mit sollcher macht do mit tzw thuen und tzw lossen und mit erblichem rechte hot vorreicht und Geschen Am donstage der quatuortpa Remmisteres der Jorczal Gots unsers Herrn Tawsent Firhundert und funffczehen Jor

Absolucio dominorum Consulum racione decollacionis cuiusdam Stanislai Cantoris de hospitali decollati ob rerum gestarum memoriam hic ascripta 122

Henrardus miseracione diuina tt Sanctorum quatuor Coronatorum presbiter cardinalis aquen vulgariter nuncupatus Dilecto viro marco boni fily in sacra pagina professori Sacrosancte bazilien Sinodi ad Inclitum Regnum polonie ambasiatori Salutem in domino Ex parte magnificorum Consulum et Scabinorum ac Ciuium Ciuitatis Cracouien nobis oblata peticio continebat Quod ipsi olim ignorantes quendam Stanislaum Stanislai de Grzenleszthno alias Stanislaum Mathie de Junniwladislawia esse clericum sicut erat ipsum sine habitu et tonsura clericalibus propter sua certa forefacta et delicta que patrauerat secundum plebiscita predicte Ciuitatis et consuetudines vltimo tradi fecerunt supplicio morte subsecuta Postmodum vero per litteras formatas quas idem Stanislaus habuit compertum extitit ipsum fuisse clericum in minoribus constitutum Unde prefati Ciues ipsum hoc ad eorum noticiam deducto de ipsius Stanislai morte summe doluerunt prout et dolent de presenti Quare cum piarum mencium sit ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur et ne forte ipsis in futurum ad culpam posset computari Supplicari fecerunt humiliter ipsi magnifici et Ciues eis de oportuno super hiis remedio ad cautelam misericorditer prouideri Nos igitur ne desit eis in hac parte cautele remedium auctoritate dicte sacrosancte Synodi in Spiritu sancto legittime congregate

Vniuersalem Ecclesiam representantis In absencia
Reuerendissimi in Cristo patris Lodwici tt Sancte Crucis
In Iherusalem presbiteri Cardinalis de hominibus wlgariter
nuncupati Maioris penitenciarii per eandem Synodum
deputati nobis super hoc specialiter commissa discrecioni
tue committimus quatenus si est ita et premissa per diligentem
inquisicionem inueneris fore vera super quibus conscienciam
tuam oneramus Ipsos magistros Ciuium et Ciues et eorum
quemlibet a clericidii reatu si quem occasione premissorum
incurrerunt Excessibus quoque huiusmodi ac penis suis aliorum
que tibi confitebuntur nisi talia sint propter que merito sedes
apostolica esset consulenda ad cautelam absoluas Introitu ecclesie
eisdem restituto Omnem inabilitatis infamie quoque notam si
quam premissorum occasione contraxerint penitus abolendo
Datum Bazilee decimo kalendas octobris Anno a natiuitate
domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto

Littera wladislai polonie Regis In qua dat libertatem
Ciuibus Cracouiensibus Incidendi pannos vlnatim In
nondinis vbicunque locorum Exceptis Sandomirie lu-
blin et wislicia Ciuitatibus Et est in ordine 123

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithuanie quoque princeps
Supremus et heres etc. Idem et Sub eisdem verbis
vide priuilegium 52 folio 48 licet A huius vbi est
Datum In prosthowicze feria secunda In vigilia Sancti
Benedicti abbatis Anno domini millesimo quadringentesimo
decimo nono

Nota super brazeatorium Ciuitatis retro Caliaz Sancti Marci situatum quod postmodum a Niczkone Ciuitati resignatum est In ordine est 124m

Nos Nicolaus dombrow petrus forthezagel petrus geytan
Johannes puczwang Johannes ederer petrus weygart
hartlipus de Clutsche et Johannes bartphal Consules
Ciuitatis Cracouien Recognoscimus quibus expedit vniuersis
Quod in nra presencia consilij Providus Sengko wrotz-
nonis de Suchow personaliter Constitutus brazeatorium suum
quod olim fuit Niczkonis bohemi retro Ecclesiam s marci
situatum cum eisdem Juribus modis et limittibus quibus ad
ipm brazeatorium tanquam pignus suum omni Juris ordine Ju-
dicialiter consecutum hactenus habuit tenuit et possedit
Lewkoni Judeo Cracouien cum plena faciendi et dimittendi
facultate Jure hereditario resignauit et promisit idem resignans
dictum brazeatorium ab omni impeticione eliberare per annum
et diem iuxta Jus et legem Ciuitatis Promisit nichilominus
prefatus lewko et Chanaan natus eius coram nobis quod
dictum brazeatorium pro se et Successoribus aut pueris suis
tenere et Seruare nullatenus velint nec debeant sed idem
brazeatorium Ciui vel homini Jus ciuile Ciuitatis Cracouien
habenti et nulli alteri cuiuscumque condicionis extiterit vendere
teneantur Harum quibus predicte Ciuitatis Cracouien
Sigillum appensum est testimonio literarum Datum feria
secunda proxima Sancti Jacobi apostoli Anno domini
millesimo Trecentesimo Quinto

Lra petri Episcopi Cracouien In qua et bulla bonifacy pape continetur Quo Consules Crac locare possint Sacristianum qui res et thezaurum Ecclesie beate Marie virginis In circulo Cracouien custodiat et de eisdem dno epo Crac quando optauerit faciat racionem In ordine est 125

Petrus deigracia Epus Cracouien Nec non Sedis Romane ecclie prothonotarius omnibus cristifidelibus per nostram dioces et alias vbilibet constitutis ad quos pntes lre nre peruenerint et subscriptum tangit negocium vel quolibet tangere poterit in futurum Salutem in domino sempiternam lras concessionis licencie seu indulgencie Sctissimi in xpo patris et dni nri domini bonifacy diuina prouidencia pape noni Eius vero bulla plumbea in cordula canap dependenti more romane Curie bullatas non rasas non cancellatas non viciatas nec suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes Nobis per Circumspectum virum dominum Andream pro tunc Consulem Ciuitatis Cracouien Ac Sixtum Iuris theutonici Castri Crac aduocatum pro parte Circumspectorum virorum Consulum eiusdem Ciuitatis Cracouien tunc in ma pncia constitutorum et successorum eorundem pntas publicatas et exhibitas nos cum ea qua decuit reuerencia recepisse noueritis huiusmodi sub tenore BONIFACIUS EPUS Seruus Seruorum dei Ad perpetuam rei memoriam Sincere deuocionis effectum quem dilecti filii Consules Ciuitatis

Folium 136

Cracovien ad nos et Romanam gerunt Ecclesiam promeret²
ut votis illorum presertim illis que conseruacionem Ecclesiarum
ac Jocalium paramentorum et aliarum rerum in eis diuino cul-
tui deputatorum concernunt quantum cum deo possumus fauora-
biliter annuamus &c Cum itaque sicut exhibita nobis nuper
pro parte ipsorum Consulum peticio continebat parrochialis
Ecclesia bte marie virginis Cracouien pro largicione fidelium
sit multis preciosis ornata iocalibus ac libris paramentis
Crucibus et alys diuersis ornamentis de quibus prefati
Consules ne male distrahantur vel alienent² specialem
et vigilem curam gerunt et que sine perpetua et indesineti
dictorum Consulum sollicitudine tute nequeunt conseruari pro
parte ipsorum Consulum nobis fuit humiliter supplicatum
Vt eis qd ad Custodiam iocalium librorum paramentorum ac
aliorum ornamentorum predictorum vnam personam ydoneam
deputare possent concedere de benignitate aplica dignaremur
Nos igitur huiusmodi ipsorum Consulum pro quibus etiam
Charissima in xpo filia nra Hedwigis Regina polonie
Illustris super hoc nobis humiliter supplicauit supplicacio-
nibus inclinati eisdem Consulibus et successoribus eorum
Consulibus dicte Ciuitatis qui erunt pro tpe deputandi
quociens eis videbitur oportunum vnam personam ecclesiasticam
fide ac facultate ydoneam in Sacristam siue Custodem
iocalium librorum paramentorum et aliorum ornamentorum
predicte Ecclesie qui quidem Sacrista siue Custos ad requi-
sicionem Epi Crac pro tpe existentis de administratis eidem &c
Epo teneatur reddere raciones auctoritate aplica tenore presencium

Plenam et liberam licenciam elargimur Nulli ergo omnio hominum liceat hanc paginam nre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis aut hoc attemptare presumpserit indignacoz omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli aplorum se noverit incursurum Dat Rome apud Sctm petrum tercio ydus January Pontificatus nri anno octavo

Post quarum quidem lrarum aplicarum presentacionez publicacionem et exhibicionez sumus per dictum dominum Andream Advocatum et pro parte dictorum Consulum cum instancia debita requisiti vt ad contenta in eisdem lris aplicis procedere dignaremur presertim cum Consules Crac personam ydoneam de cuius ydoneitate nobis constabat et constat vz Johannem Krancz Altaristam Altaris Corporiscristi eiusdem Eccle parrochialis Scte Marie pro Sacrista et Custode ornamentorum librorum et aliarum rerum divino cultui deputatarum in ecclia predicta parrochiali deputassent Nos vero volentes mandata aplica nobis in hac parte directa reuenter exequi vt tenemur Honorabili viro domino Johanni Boguslai de Padwa canonico Sandomirien ecclesie Scte Marie collegiate parrochialis aplica et imperiali auctoritate publico notario nro dedimus et in mandatis quod idem adhibitis ad hoc testibus ydoneis ad predictam Ecclesiam parrochialez Scte Marie Cracovien et ad Sacristam aut Custodem Johannem Crancz a Consulibus supradictis ad Custodiam rerum ecclesiasticarum predicte ecclie Scte Marie deputatum descenderet et auctoritate nra commoveremus apostolica de Iocalibus paramentis libris calicibus et de omnibus rebus ecclesiasticis predicte ecclie Scte Marie sibi a predictis Consulibus

Commissis et sue Custodie commendatis ab eodem Johanne
krang sacrista et Custode ita vt singule res ecclesiastice
sibi commisse subicerentur oculis suis et testium ad hoc
vocatorum exigeret expeditam ac legalem racionem et vt
conficeret super omnibus rebus tunc inventis et visis vnum
inventorium vel plura sub forma publica ad cautelam o-
mnimodam futurorum Cuius inventory tenor de verbo ad
verbum de nostro speciali mandato presentibus litteris insertus
est et per omnia sequitur in hec verba Anno domini
millesimo Trecentesimo Nonagesimo Septimo
Indiccione quinta die mensis aprilis 28 hora vesperorum
vel quasi pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini
nostri et domini Bonifacy superna providencia pape noni
anno octavo In Sacristia ecclesie beate marie In Crac
de singulari Reverendissimi in Cristo patris et domini domini
Petri deigracia Episcopi Cracovien Commisso et mandato
michi Johanni Boguslai de padwa archidiacono lublien
Canonico premislien et Sandomiricen ecclesiarum sue curie
notario vive sue oraculo vocis dato ad instantiam Circum-
spectorum dominorum Crac Civitatis Consulum supplicacionem
Eiusdem ecclesie beate marie Thezaurus in Calicibus
ornatibus et eiusdem omnibus alys ipsius ecclesie vasis
pure fideliter descriptus sequitur in hunc modum
Item videcim deaurati et sex argentei calices connu-
merato vno magno deaurato calice quem Pallerus
alis Civis Cracovien comparavit ad centum flor estimato
in valore et totidem patene

Item Vna Crux magna deaurata per Ciues Crac̄
pro Nonaginta marcis grossorum comparatam
Item vna Monstrancia magna satis deaurata ad Centum
flor̄ estimata in valore per Ciues Crac comparatam
Item vna Tabula ymaginis Sancte marie per dominam
Hedwigim Polonie Reginam donata satis pulcra gemmis
et preciosis lapidibus decorata de valore plus quam centum flor̄
Item quatuor reliquiarum monstrancie argentee
per Ciues Cracouien comparate ad duodecim marcas
grossorum estimate Item due pixides argentee deaurate
pro delacione Corporis Christi per Ciues Crac̄ comparate
ad Septem marc̄ argenti puri extimate Item due
ampulle argentee et due deaurate nescitur pro quo com
parate ad tres marcas argenti taxate Item vnum thu
ribulum argenteum deauratum duas marcas grossorum vales
per Ciues Crac comparatum Item duo candelabra ar
gentea quatuor marcas grossorum valencia per Ciues
Crac̄ comparata Item due Cruces vexillorum deargentate
quatuor marc̄ grossorum valen per Ciuem predictum
Walker date Item Vna Crux reliquiarum parua ar
gentea deaurata habens in sui medio berillum ad sexa
genam grossorum extimata per quandam Katherinam viduam
donata Item vna Cisticula ligature cupreis deaurate
ornata ad duas sex grossorum extimata per dominum Iohannem
Sacristianum ecclesie data pro Corpore Christi reseruando
Item quatuor candelabra stannea mediam marcam adminus
valencia per vitricum ecclesie comparata Ornatus

¶ Una Casula satis bona auro et serico intexta per
Petter ciuem Crac comparata sedm extimacionem ad triginta
marc pensata rubea subducta purpura ¶ Item idem
Ciuis Petter palliud cum palla altaris satis solempne com-
parauit ad decem marc se extendens adinq pro festis dup
¶ Item una Casula de blauco attlassone et una textura
aurea insignita ad decem marc bene taxata per eundem
Petter data ¶ Item unus ornatus integer cum duabus dalmatice
et una altaris tectura omnia rubea de kamcha per dominam
Hedwigim Reginam Polonie comparata ¶ Item ornatus blauce
kamche integer per Johannem Gerlaci comparatus bene
pulcer ¶ Item ornatus blaueus de attlassio per dominum
Johannem de kozlo altaristam eiusdem ecclesie Octo marc
comparatus bene pulcer ¶ Item ornatus viridis de axa-
minito pulcer integer per dominum Michaelem alb sacri-
stianum dicte Ecclesie comparatus ¶ Item decem et septem
Casule de potioribus bene pulcre quarum quatuor tantum
habent ornatus suos et apparamenta ¶ Item ornatus
duodecim feriales integri ¶ Item tria paria dalmaticarum
¶ Item una kappa bona de attlasso et septem gminnes
¶ Item una cortina siue tectura altaris solempnis per
dominam Hedwigim polonie Reginam comparata ¶ Item
alie quinque tecture altaris maioris gnes ¶ Item tecture
gnes aliorum altarium 24 Missalia Item nouem missalia
Gradualia Item tria Gradualia unum parum et cetera
Antifonaria Item duo antiphonaria et unus liber
Canticorum ¶ Item unum matitunale notatum ¶ Item

Duo legendaria unum de tempore aliud de Sanctis
Quinque psalteria
Duo viatici
Biblia in tribus partibus
Due Summe pisani una papiri alia pergamenea
Unum passionale
Duo volumina sermonum Jacobi de tempore aliud de Sanctis
Gloza ordinaria super totum apostolum
Sermones Cancellarii parisiensis wilhelmi
Unum volumen dyalogorum beati Gregorii
Liber Scolastice hystorie
Huguicius in papiro
Rubrica ecclesie Cracoviensis in pergameno
Libellus orationum — tapecia
Quatuor tapecia — vexilla
Tria paria vexillorum unum debilia cetera bona
Nos igitur predictarum literarum apostolicarum publicacionem exhibitionem et insinuacionem deputacionem Sacriste et custodis rerum ecclesie parrochialis beate marie et persone deputatum pro ipsarum rerum custodia et racionem factam per dominum Johannem Crancz Sacristam et custodem rerum predictarum et omnia et singula supradicta grata et rata habentes ac sollicitudinem Civium Civitatis Cracoviensis quam gerunt ad cultum divinum et ad custodiam paramentorum parrochialis ecclesie beate marie prelibate Cracoviensis plurimum commendantes requisicionem ad reddendum racionem seu racionibus Cranczonem de rebus ecclesie supradictis nobis et nostris successoribus quociens videbitur

Expedire auctoritate apostolica reservamus In Cuius testimonium presentes nostras literas de padwa Auctoritate apostolica et Imperiali notarius scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri soliti appensione communiri Actum et datum Anno Indictione die mensis hora pontificatu et loco quibus supra presentibus ibidem discretis viris dominis Johanne tassonis petro gotfridi Altaristis dicte ecclesie Johanne lyntholdi presbitero Nicolao vicesacristiano eiusdem ecclesie Nicolao gamlich Nicolao Strzalecz Consulibus Civitatis Cracoviensis et petro notario eiusdem Civitatis Johanne Spiczmiro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Subscriptio notarii publici

Et Ego Johannes olim boguslai de padwa Clericus Cracoviensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius etc Cum predictarum literarum apostolicarum presentacioni etc

Privilegium Boleslai ducis Cracovie In quo villam beszden dat Arnoldo Civi Cracoviensi quod licet non sit ex utilitate hic connumerandum tamen propter vetustatis materiam hic inscriptum est et est 126[illegible]

IN NOMINE DOMINI AMEN Quoniam cuncta trahit secum volvitque volubile tempus Ne humana gesta labantur a memoria cum volubilitate temporis operepretium est ut voce testium vel testimonio apicum perhennentur Nos itaque Boleslaus dei gracia dux Cracovie et Sandomirie una cum dilecta coniuge nostra kunegunde terrarum ducissa prefatarum ad presencium futurorumque noticiam

Volumus deuenire quod habita bona et matura delibe-
ratione cum consensu domini hugonis abbatis tocius que con-
uentus de andrzeyow nec non cenoby eiusdem animaduerso
Arnoldi nostri Ciuis Cracouien frequenti seruicio et fideli
dedimus et contulimus sibi suis que successoribus villam wlgariter
Bezden nuncupatam libere et quiete Jure hereditario possi-
dendam cum agris molendino pratis et omnibus vsibus qui
ibi sunt vel postmodum fieri poterint per ipsius industriam
prouentum Constituentes ipsum super predicta villa verum et
legittimum heredem et suos succedaneos post ipsum Pro hac autem
villa bezden dedimus supradicto abbati in cambium duas vil
las Rudnyky vz cum molendino quod ibidem materiam
ferri massam siue metallum molit cum alys vsibus et pertinen-
cys sicut est taberna et venationes castorum et cum vsibus apum
vbi mella prouenitur qui vsus wlgariter barczo nominatur
et alys vsufructibus quibuscumque qui ibi sunt vel postmodum
poterint prouenire contulimus Jure hereditario et Suchodol
in perpetuum possidendas perpetuam comutatione facientes
pro ipsorum villa sepenominata Bezden In qua memoratum Ar-
noldum Ciuem nostrum verum heredem efficimus cum sua po-
steritate Nos itaque exuberante magnificencie nostre dextera et
sepefati ciuis nostri Cracouien exigente multiplicis meriti pro-
bitate Suchdol prenominato abbati et conuentui prenotato
attencius confirmamus Non obstante priuilegio Cracouien
Ciuitati prius dato quondam super villa memorata per quod
ad districtum ipsius Ciuitatis videbatur pertinere Item dedimus
sepedicto Ciui nostro suis que succedaneis super memorata villa
bezden liberam facultatem donandi vendendi legandi com
mutandi seu quocumque modo voluerit liberum sit alienare

Et ne quispiam hanc nostram donacionem seu comutacoz perpetuam publice peractam valeat irritare vel ausu teme rario attemptare presentem cartam appensione nostri sigilli Iussimus muniendam Testes autem qui aderant hy sunt quorum nomina sunt subscripta Comes Sulko palatinus Crac Sulko Cancellarius Comes Jacobus Judex Cracowien Petrus Thezaurarius Comes myroslaus Laurencius Camerarius Crac Zegota Subcamerarius Sandomirien Petrus Kozenow Dethmarus aduocatus Cracowien Salomon Gozmus Ciues Cracowien Datum Anno domini Millesimo Ducen tesimo Sexagesimo primo

Confirmacio Kazimiri polonie Regis Super Curia domum et ortum quam Ciuitas Cracowien habet In pyotrkow emptam et resignatam Et est in ordine 127

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnusdux litphanie Russie prussie que dominus et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quia famosi Consules Ciuitatis nostre Cracowien aream domus et ortum in sub vrbio ante portam pyotrkowien inter murum Ciuitatis et Ecclesiam hospitalis sitam de certa nostra sciencia a tribus annis et vltra emerunt ipsam que aream domum et ortum in Iure ci uili prefate Ciuitatis resignatam hucusque tenuerunt et possiderunt tenent que de facto et possident Ac in eisdem area et orto constructiones non modicas sumptibus proprijs et impensis fecerunt vt que prefati Consules possessionem pacificam

Dictorum aree domus et orti conseruentur et reddantur teriores nostrum regnum ad dedimus et prebuimus consensum damus quod et concedimus per presentes memoratis Consulibus predictam aream domum et ortum tenendum habendum pacifice et quiete temporibus perpetuis et eutemis eo modo et conditione quibus ipsam aream domum et ortum priores possessores tenuerunt et habuerunt Exactionibus tamen et contributionibus et quibuscunque alys oneribus et datys ciuilibus per omnia specialibus Quocirca vobis omnibus et singulis subditis nostris Committimus et mandamus habere volentes quatenus prefatos Consules in possessione antedicte aree domus et orti pacifica conseruetis et conseruare faciatis Ac eosdem nullomodo aut quauis occasione impediatis aut impedire faciatis presumatis Gracie nostre sub obtentu In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est Subappensum Actum et datum in pyotrkowia die Sabbato ante dominicam Palmarum Anno domini millesimo quadringentesimo Sexagesimo Sexto

Resignatio vide folio 150

Littera Resignationis domus in platea transuersali que annis singulis Ciuitati censuat duas marcas 128

Wir peter kaldeherbrug Ilang Niclos Niclos Czarnwangk Stano petisborner paul behem Michel vom brige we ing merten Jocob ostrozka francz Neozza Nicolaus tesschyn vnd Stano homan Scheppen der Stad Crakow bekenne allen den ys notdorfft ist das vor vns yn gehegtendinge Niclos schaffer vnser Rot sas der fursichtige Michel wunkler

Ern topper kegenwertiglich steende hot zeyn hawss auff der tweregassen bey melczhawss gemeinlich gelegen auff der Stad grunde steende alle yor czwu margk der Stad yeriges tzinses tzinsende mit den zelben mossen vnd grenitzen als her das zelbige hawss gehat gehalden vnd besessen hot dem erbern Henrichen Byrstroter mit follomner macht do mit zw thuen vnd czw lossen vnd mit erblichem rechte vor reicht vnd hot gelobet vor allen ansproch noch der Stad recht Im gezewgnes dyes briffes do vnsers schepenampts Sygel an ist gehangen Gegeben am freitagk der heiligen merterer Jeorgy vnd olbrechts Anno domini Millesimo quadringentesimo Septimo

Privilegium Wladislai Regis polonie Quod apud Cives Cracovien Nec Spirituales nec religiosi Executores aut testamentarij esse debent 129.

Wladislaus deigracia Rex polonie litwanie que princeps Supremus et heres russie etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod nuperrime circa relatorem ad nostre maiestatis audienciam peruenit Quod quedam exquisicio consuetudo de nouo in Ciuitate nostra Cracouiensi inoleuit quod Cives et incole ipsius Ciuitatis Cracouiensis in extremis laborantes viros Spirituales siue religiosos fideicommissarios siue tutores suorum puerorum in bonis mobilibus et immobilibus ac possessionibus hereditarijs exquisitis fraudibus faciunt ordinant et constituunt ac preficiunt qui tandem fideicommissaria

Ac tutoria huiusmodi recepta nostros homines ibidem in
Cracovia et alibi contra ipsorum Civile Jus ad forum spirituale
evocant et evocari procurant intendentes eosdem fatigari
laboribus et expensis, ex quo Jus ipsorum deperit et contemp-
nitur paupertas quoque et Incole ipsius Civitatis plurimum
gravantur et ipsa nostra Civitas omnimode desertatur Nos etenim
omnia et singula premissa in mente provide resarcita am-
plius tollerare non valentes pro ut nec debemus iusticia
suadente ipsa ex nunc cassamus annullamus et ea irrita decernimus
atque nulla de foribus regni nostri volumus fore peregrina
Quo circa omnibus et singulis nostris Civibus Cracovie subditis
ne decetero ipsas fideicommissarias et tuiciones bonorum suorum
in spirituales et religiosas personas faciant et committant neque
eciam ipse spirituales et religiose persone ipsas fideicommissiones
et tuiciones recipiant et assumant firmiter inhibemus tenore
presencium mediante Quod si quispiam nostri regii edicti
prevaricator temerarius circa premissa deprehensus fuerit
vel remissus ipsum pena condigna tamquam rebellem decernimus
puniendum ac omnia bona mobilia et immobilia sic ut premittitur
fideicommissa ad nostrum fiscum decernimus fore devoluenda quorum
medietatem Consulibus Cracovie damus et attribuimus harum serie
literarum percipiendam Aliam medietatem pro nobis et nostro thezauro
reservantes facientes et constituentes dictos Consules Cracovienses
scelerate secte huiusmodi inquisitores et executores speciales
harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum
Actum et datum Wislicie feria Sexta post Octavas Ascensionis
Cristi Anno eiusdem Millesimo Trecentesimo nonagesimo
Tercio

Privilegiu Constantini podolie ducis quod Crac mercatores possint secure ire in et per suu dominiu solutis tamen iustis et consuetis theoloneis 130m

Wir Constantinus Von gotis genoden Hertzogk czw podolien bekennen offentlich allen den ys geburet zy zint kegenwertigk ader czwkunfftigk das wir mit bedochtem mutte vnd reifen rathe angezehen den getrawn dinst vnd behegelichkeit der Erber lewte vnd burger czw Crakow dy sy vns bewist habn mit fleysse von vnserm ersten bekentnisse bis her vnd noch czwkonfftigk got gebende bewissen werden vnd geben vorleyende von sunderlichen genoden ewiglich den zelbigen burgern von Crakow yn allen vnsern landen vnd durch vnser lanndt wo hyn wert sy wellen yn gewonlichen rechten wegen vnd auch aws vnserm lande sicherlich vnd frey czw czihen vnd czw kawffschlagen an alles hyndernisse zo das sy newrnt alden gewonlichen rechten czol gelden vnd geben sullen vnd geloben bey dem worte vnser furstiglicher genode vnd wirdikeit dy zelbigen burger von Crakow vnd ire gutter beschirmen yn vnserm lande vnd doraws vnd vor gewalt vnd geweldigem schaden mechtiglych behalten Jn welches dinges merern gezewgnis vnd bestetigunge habe wir befolen disen kegenwertigen bryff besteigen vnd befesten mit anhengung vnsers Jngesigels Gescheen vnd gegeben czw Crakow An dem montage nest vor San Jorg tage des heiligen merterers Noch der geburt vnsers herrn dreyczen hundert vnd dor noch yn dem funff vnd achtczigesten yore :...

Vide simile ducis Alexandri folio 26 lra C

Privilegium Lodowici Hungarie et polonie Regis super transitu ad Thartariam per civitatem lembergam Sub appensione maiestatis et est 131

Vide idem wladislai regis folio 93 Item Iterum folio in [illegible]

In nomine domini Amen Nos lodowicus dei gracia Rex
hungarie polonie dalmacie etc Ad perpetuam rei memoriam
tam presentibus quam futuris volumus devenire Quod
benignitate nostra regia considerantes et graciosius attendentes
vniuersa et multiplicia dampna et incomoda ac depaupe
raciones que fidelibus nostris Regnorum hungarie et polonie
sacris coronis subiectis Ciuibus et Incolis mercatoribus
racione preclusionis et prohibicionis vie thartharice quam
Ciues nostri in lemberga in dictis nostris pretenderant mercatoribus
instarent et orirentur irrecuperabiliter habita per nos et
Serenissimam Principissam dominam Elizabeth genitricem
nostram charissimam ac eciam nostrorum baronum sana bene deliberata
et matura deliberacione et ex certa nostra sciencia decernentes
omnino volumus et diffinimus et statuimus perpetuo et irrevocabiliter
vt vniuersi dictorum nostrorum hungarie et polonie Regnorum
Ciues et Incole mercatores venientes cum eorum rebus et
mercimoniis in dictam Ciuitatem nostram lembergam cuiuscunque
generis speciei maneriei existant dummodo se fidedigno dictorum
nostrorum regnorum hungarie et polonie regnorum docuerint testimonio
fore ciues seu incolas ad plenos quatuordecim dies cum dictis
eorum mercibus in dicta Ciuitate nostra lemberga continuare pro
speciali eorundem lembergensium consolacione ac melioracione
et vendicioni exponere tenebuntur quas quidem eorum merces
predictas si vendere ibi non possent tunc soluto iusto et digno

Et consueto theolonio cum eisdem mercibus libere et absque cuiuslibet hominis cuiuscunque status vel condicionis impedimento Tharthariam et ad quaslibet Tharthariae partes quocienscunque et quandocunque ipsis oportunum et expediens fore videbitur vel eorum beneplaciti fuerit transire debeant et poterint et redire in Ciuitatem Lembergam prenotatam Et in reditu iterum in dicta Ciuitate nostra Lemburgensi cum ipsorum reportatis seu adductis mercibus ad plenos quatuordecim dies iacere et easdem merces inquantum poterint ibidem comodosius et vtilius vendere sint astricti quibus tunc elapsis 14 diebus post dictam reuersionem soluto iusto eorum et condigno theolonio ad propria transire poterint libere et proficisci vel quo eorundem mercatorum necnon fuerit voluntatis ¶ Volumus Insuper et decernimus quod omnes littere nostre aut Genitricis nostre prefate ante presens priuilegium impetrate per dictos Lembergenses quolibet contrarie presentibus nullius sint penitus efficacie vel vigoris In cuius rei memoriam presentes fieri mandavimus concedendas Datum In wisschegrad In festo beati martini confessoris Anno domini millesimo trecentesimo Septuagesimo primo

Priuilegium Petri Episcopi Cracouiensis Super aream Capelle et erectionem eiusdem in honorem Sancte Ac diue Barbare circa Ecclesiam beate Marie virginis In Circulo Cracouiensi site Et est In ordine et signatura Centesimum Tricesimum Secundum

132

IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam
rei memoriam Nos Petrus deigratia Epus Cracouiensis
prothonotarius Sancte ecclesie romane notum facimus quibus
expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris
Quod in nra personaliter constituti presencia Prouidi et honesti
viri Consules Ciuitatis Cracouien necnon Discretus Vir
Nepro Rector parrochialis ecclesie in dzerzonszna procurator
et procuratorio nomine Discreti Viri pauli rectoris parrochial
ecclesie Sancte marie virginis in Cracouia de consensu honorabilis
domini Michaelis de Kuyschin Canonici Cracouien de vnanimi
voluntate et consensu concorditer disposuerunt Ita vz. quod predicti
Consules pro area dotis ipsius ecclesie Sancte marie virginis
duas partes domus domini acialis Nicolai flentzer conti
guas In contrata ex opposito Scole ibidem site per ipsos Con
sules pro Centum marcis grossorum pragensium emptas vero
et Justo concambio et permutacionis titulo donauerunt dona
cione perpetua temporibus vigiter affuturis Vbi prefatus
Nepro procurator et procuratorio nomine supradicti pauli
Rectoris Ecclesie Sancte marie prenotate de consensu domini
Michaelis de Kruschin vt prefertur omnibus et singulis
Juribus que ipsi paulo rectori Ecclesie Sancte marie sepedicte
in eadem area competere videbantur renunciauit integra
liter et in toto Reliqua quidem tercia pars prenotate domus
per prememoratos Consules ad ipsam Ecclesiam est data
occasione horarum canonicarum infra octauas Corporis christi
in ipsa Ecclesia cantandarum Sic ipsa domus est in dotem
ipsius ecclesie totaliter deputata Quamquidem donacionem

Ex modo commutacionis ut premittitur factam de consensu
fratrum nostrorum capituli Cracouien ratam et gratam habentes
approbamus ratificamus et confirmamus decernentes ipsam
habere perpetui roboris firmitatem Repediti preterea Con
sules zelo deuocionis specialiter inducti Capellam ad honorem
Sue que genitricis virginis Marie necnon beate Barbare
virginis in prenotata area locare cupientes nobis humiliter
supplicarunt ut ipsam capellam de benignitate nostra fundare
et erigere dignaremur Nos itaque votis ipsorum Consulum
et iustis peticionibus paterne annuentes memoratam capellam
auctoritate nostra ordinaria erigimus et fundamus Taliter
tamen quod erectio et fundacio nostra huiusmodi non vergat
in detrimentum ecclesie nostre Cracouien et oppressionem ecclesie
Sancte marie supradicte matricis ac preiudicium predicatorum
polonorum quibus in ipsa ecclesia matrici consuetum est ab
antiquo predicare In quorum omnium testimonium et euidenciam
pleniorem nostrum nostrique Capituli Sigilla presentibus sunt ap
pensa Actum et datum Cracouie Sabbato proximo post
diem festi Sancti michaelis archangeli Anno domini
millesimo trecentesimo nonagesimo quarto Presentibus
honorabilibus Viris Sbigneo archidiacono Marco de
gnoynyck cantore Johanne custode Johanne de rzeszow
Sancti michaelis Nicolao Sancti floriani Drzywussio Skarbim
ien prepositis Nicolao officiali Wenczlao Ade Nicolao de
Omnibus Sanctis Michaele de krzyszow Petro custode
gneznen Nicolao Scolastico Skarbimirien Abraham
de manyna Wloszczowo de modlnik nostris capitulariter congregatis

Privilegium Hedwigis polonie Regine In quo consentit Consulibus Scabinis et toti Communitati Cracoviensi ut wladislao regi eius consorti prestent obedienciam et post mortem ipsius regine in regem eligant 133

Hedwigis dei gracia Regina polonie princeps et lithuanie Suprema et Signifficamus quibus expedit tenore presencium universis Quod nos sana et diligenti deliberacione nostrorum et baronum maturo consilio prehabito Consulibus Scabinis toti et Communitati Civitatis nostre Crac mandamus sicut nobis fidelitatis prestare homagium Serenissimo principi et domino domino wladislao eadem gracia Regi polonie et consorti nostro dilecto obedienciam etiam debitam exhibere sicut vero ipsorum regi naturali et domino et heredi Hoc adiecto quod si quid in nobis aliquid humanitus contingat nulli alteri quam prefato domino Regi consorti nostro charissimo ut prefertur obedienciam exhibere teneantur In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est Subappensum Datum Cracovie feria tercia proxima post festum Sancti Andree apostoli gloriosi Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo

Determinacio Archiepiscopi Gneznensis Inter Cives Cracovienses et lembergenses Ex parte vie ad thartharos Et est Centesimum tricesimum quartum 134

Nos dobrogostius diuina et apostolice sedis gracia Ar-
chiepus sce Gneznen eccle et Sandziwogius palatin9
kalisien ac Capitaneus maioris polonie generalis Co-
missarij per Serenissimu principez dominu Wladislaum
regem polonie etc ad infrascripta specialiter deputati notu
facim9 quibus expedit vniuersis quod orta dudu materia
questionis inter Ciuitates et Ciuitatem Cracouien parte
ex vna et lembergen parte ex altera de et super quadaz
via et strata publica que ducit versus tharthariam
Cracouien asserentibus Quod tpe Regis kazimiri bone
memorie liberam habuerut viam et nuc habere debent
versus tharthariã lamburgen hoc omnio negantibus et
dicentibus qd Crac non debent necz possint vltra lam-
bergam et in lemberga debent emere si volunt merces
suas Sic ordinauimus et decreuimus et tenore pntium ordinam9
et determinamus inter ipos Qd vna pars alteri parti de-
ferat iuramentu ad probandu intencoz sua Et si contigerit
Cracouien iurare tuc decem ex ipis debent iurare in Ci-
uitate Cracouien et duo de Ciuibus lembergen debent
mitti in Crac ad audiendu huiusmodi iuramentu Et eciam
si contingat lembergen iurare tuc decem ex ipis debent iu-
rare in lemberga et duo de Ciuibus Crac debent mitti in
lembergam ad audiendu huiusmodi iuramentu Et hac declaracoz
et ordinacoz fecimus inter ipos volentes parcere expensis In
quorum testimoniu Sigilla nostra pntibus sunt appensa
Actu et dat Cracouie In Crastino sce dorothee virginis
et martiris Gloriose Anno domini
Millesimo Trecentesimo
Nonagesimo Sexto

Litera domini Abbatis et Conuentus de Mogila In qua domum ipsorum inter curiam ipsorum et domum acialem obligant ad omnia Jura Ciuitatis et est 135tum

Nos Nicolaus abbas Claretumbe als mogila omnesque
Seniores et conuentus ibidem publice recognoscimus per presentes
Quod de vnanimi consensu ac speciali fauore Circumspectorum
ac prouidorum dominorum Proconsulis ac Consulum Ciuitatis
Cracouiensis emimus et comparauimus quandam domum intra ipsam
predictam Ciuitatem Inter curiam nostram et domum acialem
Georgy alberti in platea Grosiensi sitam Et quia hec domus
sub obligacione Juris Ciuilis ac cuiuscumque Exactionis ac
collecte dande vigiliarumque nocturnalium ac Custodie ad
portas Ciuitatis mundacionisque platee laborumque et offi
ciorum quorumcumque debitorum quibus cetere domus in Ciuitate
ciuiles hactenus sunt subiecta Ideo quod nos prefatus abbas
vna cum conuentu nostro et omnibus successoribus nostris perpetuis
temporibus nos subicimus et astringimus ad omnia onera predicte
Ciuitatis de eadem domo facienda predictis dominis Con
sulibus ac ipsorum successoribus perpetuis temporibus nomine quo
si hanc domum alter Ciuis sub Jure Ciuili possideret
Promittentes quod hanc domum velle locare vni persone ci
uili que eam inhabitabit ac sub ciuile habeat Jurisdiccione
quod sit subiecta predicte Ciuitatis quique omnia onera nomine nostro
supportabit tamquam alter ciuis nichilque per hanc nostram empcionem
diminui debet de Juribus dicte Ciuitatis In quorum clariorem
euidenciam Sigilla nostri monastery presentibus sunt appensa Datum
Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo
Octauo Ipso die Sancti Martini episcopi et confessoris

Lra domini Thome Episcopi Cracouien super censum vnius marce cum media de domo burse Jerlm singulis annis Ciuitati Crac pro festo Scti martini soluendi solitis Et est in ordine Centesimum tricesimum Sextum

Thomas dei gracia Epus Cracouiensis Significamus tenore presencium ad perpetuam rei memoriam tam presentibus quam futuris Quod licet collegium seu domus Jerlm

Vide hoc priuilegium sub Sigillo rectoris vniuersitatis sub eisdem verbis et data ante folio 126 Lra N

N

Lra Vniuersitatis Cracouien super Censum quatuor marcarum de domo burse seu Collegii pauperum in perpetuum soluen ad pretorium solitarum que quidem Lra eciam per dominum Ordinarium est confirmata 137m

Nos Sandziwogius de Czanczin Canonicus maioris ecclesie Cracouien Nec non rector doctorum magistrorum alme vniuersitatis Study Cracouien Significamus tenore presencium ad perpetuam rei memoriam Vniuersis tam presentibus quam futuris Quod licet de speciali voluntate et consensu Spectabilium virorum dominorum Consulum Nobilis et insignis Ciuitatis Cracouien domum lapideam domui actuali burse pauperum seu collegy Jsthneri ab vna et Johannis mornsthtein partibus ab altera contiguam Jn platea Vyslensi sitam apud promotos

O

Ut

Jacobum Sartorem et filium eius magistrum Johannem ac
Nicolaum Groneseth pileatorem pro certa summa pecunie
redemissemus et eidem Jstheneri univissemus collegio In prefati
collegii Jstheneri quod sine illo velut mutilum et informe
habebatur et personarum in illo studiis et gymnasiis
operam dantium degencium amplitudinem et profectum qua
tamen prefati domini Consules Cracovien ad ferendum
onera civilia domum prefatam ad censum annuum terragium
quatuor marcarum obligaverunt unde nos ad removendam
in futurum interponendam ambiguitatem obligacione prefati
census terragii in domo prefata suscipimus et nos ac
utramque domum predictam de cetero in unam vinciendam
et coniungendam gubernatorem Seniorem et Studentes in
ea commorantes ac commoraturos perpetuis temporibus annis
singulis duas videlicet marcas quindecim diebus post festum
Sancti Michaelis et residuas videlicet duas marcas quindecim
diebus post festum pasce proximis Et sic consequenter annis
singulis quacunque desertacione domus et collegii predicti
vel absencia hominum ruina vel incendio non obstante
ad solvendum predictam summam quatuor marcarum subicimus
et obligamus. Quod si in solvendo censu temporibus
predictis fuerimus negligentes vel remissi licebit dominis
Cracovien domum et collegium predictum per se aut suos offi-
ciales et lictores usque ad plenam census terragii neglecti
solucionem concludere et obserare Ad quam quidem
conclusionem et obseracionem nos et domum predictam de
certa sciencia subicimus et obligamus ¶ Hoc eciam adiecto
quod si successu temporis aliquo casu fortuito dicta domus per
incendium ruinam aut aliquem alium modum desertaretur

p

Et nos sive successores nostri Rector Magistri et doctores
in reedificacione et in reficiendo ac in solucione dicti
census essemus sive essent negligentes et remissi licebit
dominis Consulibus Cracouien pro tempore existentibus dicte domus
sive tue aree actualem et realem possessionem apprehendere
et eam reedificare cessantibus hiis in contrarium quibuscunque
occasionibus et strepitibus Juris quorumcunque ac impedimento
nostro et universitatis predicte quovis non obstante In cuius
rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum
Cracouie feria Sexta post festum pasce Anno domini
millesimo quadringentesimo sexagesimo primo presentibus
Venerabilibus et honorabili viris dominis Johanne iuniore
dlugossch Cracouien magistro Jacobo de Schadeck decretorum
doctore Sandomirien canonicis et Vlrico plebano in gie
boltow testibus ad premissa

Littera super domum ex opposito Sancti Andree que
iure hereditario coram Judicio Civitatis est resignata 1385

Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto
in Crastino festi Sanctissimi Corporis domini nostri
Jesucristi Judicium fuit bannitum per advocatum paulum
woltdorff et per Scabinos subnotatos scilicet Nicolaum flenger
Stenonem mechow Johannem pitgin Johannem prokendorff
Johannem czenducer Johannem prosswange Johannem Stad
schreiber Nicolaum grudner petrum Seger et Kyngkoner

De byecz coram quo iudicio kezelingus bene deliberate
personaliter constitutus domum suam in platea castren ex opposito
ecclesie sancti andree domui Czinkekahusse contiguam fun-
damentaliter sitam cum omnibus et singulis eiusdem Jure
modis limitibus quibus eandem hactenus habuit
possedit et tenuit ¶ Haldebrando Ciuitatis Cracouien
notario nomine et ex parte eiusdem Ciuitatis resignauit
per eandem Ciuitatem tenen haben utifruen Jure theutunico
hereditario et perpetuo et pacifice possiden necnon in
vsus quosuis beneplacitos conuerten et promisit dictus re-
signans pro omni Impeticione secundum Jus Ciuitatis et legem
In cuius rei testimonium Sigillum Scabinorum Cracouiensium
predictorum presentibus est appensum ·

Lra fratrum et totius Conuentus Ecclesie sancte Trinitatis
ordinis predicatorum Super Censum trium marcarum
eisdem pro festo sancti martini soluendi solitarum pro
domo Scole beate marie virginis contigua et in vim
censuus prefati Ciuitati data et est in ordine 139

Nos infrascripti fratres Jacobus de bydgostia Sacre theologie
licenciatus Reuerendissimi magistri ordinis prior et vicarius
Nicolaus de brzescz heretice prauitatis inquisitor Am-
brosius Subprior Matheus predicator theuthonicorum
et paulus lectores Jheronimus Sacrista Martinus Jacobus

R

Johannes Sculteti Mathias brachmitcz Totus que
conuentus monastery Sancte Trinitatis ordinis predi-
catorum in Cracouia notum facimus vniuersis tam presentibus
quam futuris Quod ex unanimi omnium nostrorum consensu
et voluntate matura que super hoc inter nos habita de-
liberacione domum nostram muratam in area monastery nostri
contiguam stole ecclesie beate marie in Cracouia iusto vendi-
cionis titulo vendidimus et presentibus vendimus famosis dominis
Consulibus Cracouien Ciuitatis pro tribus marcis
denariorum crac monete tunc melioris currentis communi
vsu receptibilium monete polonicalis census terragy an-
nui Quasquidem tres marcas denariorum ipsi domini
Consules pro tempore existentes annis singulis nobis ad
festum sancti martini epi soluere sunt astricti de domo et
area predictis incipiendo a festo sancti martini proxime
venturo et sic singulis annis perpetuis temporibus continuando
Quod si casu fortuito domus predicta ignis incendio aut
inuidia vetustatis demoliretur vel aliquo quouismodo
destrueretur Extunc predicti domini Consules Censum pre-
dictum de pretorio dare tenebuntur tam diu quousque domus
predicta reedificabitur ea que reformata Censum predictum
videre debebimus in domo predicta possidebunt que ipsi
domini Consules domum eandem omnibus Juribus et dominys
quibus nos hactenus possedimus et tenuimus cum plena
potestate eandem vlterius vendendi comutandi donandi
alienandi et in vsus ipsorum aut Ciuitatis beneplacito

Convertendi Nichil pro nobis et successoribus nostris Iuris vel dominii reseruando Ita tamen quod predicti Consules duos parietes ligneos erigere iam de facto et construere altitudinis murorum domus predicte tenebuntur Ita quod parietibus predictis nullum vnquam foramen vel fenestra fieri debet constitui vel parari vsque ad decennium indilate post decem vero annos ipsi domini Consules amotis predictis ligneis parietibus fundamentaliter muratos in altitudine predicte domus alios duos parietes murare et construere tenebuntur et edificare sunt astricti nullum finaliter foramen vel fenestram in edificiis si que supra muros edificarentur vel eisdem muris faciendo In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum publicum est Subappensum Datum Cracouie infra octauas assumpcionis marie Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto

Iohannes Albertus kazimiri polonie Regis
ac lithwanie magniducis etc tercio genitus Alexandro
eius germano in lithwania magnoduce relicto Anno
domini millesimoquadringentesimononagesimosecundo
die vigesima septima mensis augusti In Conuencione
piothrkowien licet primoribus aliquibus ingratus
vnanimi tamen totius Communitatis desiderio et
affectu in paternum solium successit die vicesima tercia
mensis Septembris in arce Cracouien coronatus
Magni ac diuini Ingenij Indicibilis que prudencie
Ita vt doctrina ceteris que humanis virtutibus omnes
antecelleret Erat enim in eo tanta morum ceterarumque
Regalium virtutum obseruancia vt si in aliquo homine
aut prudencia in respondendo aut in tacendo audiendo
que modestia vnquam fuerit illa multomagis in eo cer-
neretur Vetus preterea est et wlgatum prouerbium
vbi magna viget prudencia minor reperitur fortuna
Nam cum prauo inductus consilio fratre suo ger-
mano Sigismundo principe et pene totius regni
potentatu et gente comitatus In moldauiam castra
per thurcum walachis recepta oppugnaturus ingrederetur
Sorzawam moldawie primam arcem expugnare cepit
Stephano moldauie palatino bellum mouens quod
dum aliquantulum durasset Wladislaus frater
suus kazimiri primogenitus hungarie et bohemie
Rex notabili oratorum legacione ad hoc missa in-
tercepit pacem vtrimque fide firmans Sed callida

Walachorum fraus latuit fidei roborate ~~pacis~~ i
memor Collectis etenim ex thurcia tharthari et hun
garis subsidys in montosis siluis clam latebat polo
nos qui iam securos se facta pace credebant in vasir
dum q polonn fraudis ignari sparsim inermes q
redirent et per angustam silue viam onerantes curribus
distraherentur hos quos in silua reperit necat trucidat
et multam nobilitatem in seruitute turcorum captiuam
abegit magnam populi et diuiciarum copiam surripuit
Tanta tunc erat Iohannis Alberti prudencia et magna
nimitas vt illos qui ex ea parte silue non pauci ex suis
remanserant licet tunc egrotus magna animi fortitudine
coadunaret, eam q luce crastina ordinaret belli aciem
vt toti multitudini in eum congregate potenter resisteret
Nec amplius se passus est persequi licet tanta clade
recepta potenti tamen et armata manu cum suis in Leo
polim se contulit Vastacione deinde Regni in podolia
Russia ad Sandomiriam usque propter subditorum inobedi
enciam per turchos et thartharos passus magno q
actus infortunio pace prius cum Turcho firmata anno
domini millesimoquingentesimoprimo de Cracouia in
Thorum prussie Ciuitatem cum magistro ordinis almanorum
de pace tractaturus se recepit ubi dum vix mense uno
perstitisset subita quadam egritudine decidit et triduo
obmutuit Sacra denique dominici corporis communione
percepta omnibus q deuocionis signis ostensis tamquam
verus xpiane religionis zelator deo spiritum reddidit

Cuius corpus Regali pompa vigesima sexta die
Julii in Cracoviam delatum in arce sepelitur non sine
civium magno merore O regem civibus acceptum
cuius frequens erat consulatu ac ceteris magnificis ci-
vibus in arduis negociis consultacio liberalis et ac
humana conversacio invidiam apud nobilitatem peperit
Hic pro insigni propugnaculo ecclesie Sancti Floriani
primum lapidem in fundamenta iecit et pro edificii eius
inicio centum marcas donavit Quantis enim immuni-
tatibus libertatibus ac privilegiis Cracoviensem civitatem
dotaverit ex sequentibus quisque facile deprehendere
poterit Et nisi hunc clementissimum principem ma-
iora nobis parantem intempesta mors surripuisset et
plus aliis ornasset patriam Cuius privilegia hic per
ordinem regestrata comperies

Privilegiu Johannis alberti Regis polonie Supremi ducis litphanie etc In quo Confirmat omnia Iura et privilegia per antecessores suos Civitati Cracovien graciose data et est in ordine aliorum privilegiorum et signatura a tergo 140^m

IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei memoriam Celebris ac divina principum consuetudo hoc instituisse cernitur a seculo vt quitquid vel coram fit vel ipa confirmacionis robore perpetuat id propter sempiternam rei geste memoriam literarum perhennium tenoribus comendet etc Proinde Nos IOHANNES ALBERTUS dei gracia Rex polonie Necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Supremus dux litphanie Russie prussie ac Culmen elbinen pomeranie que dux et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit vniversis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo attendentes singularem egregiam que virtutem fidei puritatem animi que et fidelitatis constanciam Spectabilium ac Famosorum Proconsulis Consulum et Vniversorum Civitatis nre Cracovien incolarum semper in nos predecessores que nostros Reges polonie et singulariter sub tempestate Regni nostri nuper per mortem divi olim parentis nostri vacan Cuius soli felices ac imediati sumus successores exhibitam Quam sicut cunctis eisdem predecessoribus nostris tpi que olim

Maiestati paterne fideles ac Reipublice precipui
auctores pro eiusmodi necessitatibus summis visi sunt ple-
rumque fortunas et substancias suas erogasse ammines
esse consueuerunt Sic genitore nostro morte absumpto
dignissimo cultu et reuerencia in sacram eius prolem
habito precipui reipublice augmento communi cuius salus
in unitate consistit fidelium fauere et proli Regie fide-
les ac subiecti esse non minus cupientes neminem alium
quam nosmet velut legittimum et naturalem Regni
successorem sese voluntatibus advnantes vnanimibus
Prelatorum Baronum procerum et ceterorum Regnicolarum
in nos vnanimiter concordancium omni desiderio et affectu
vsque ad electionem confirmacionemque ac coronacionem nostram
prosperatam visi sunt postulasse Propter quod nos tante
eorundem virtutis et fidei indicium memorabile ac perpe-
tuum efficere perpetuaque munificencia Regia ac Ciui-
tatem predictam nostram vniuersosque eiusdem Incolas con-
plecti volentes non per errorem aut improuide vel inde-
liberate sed de certa sciencia et innata nobis virtute
liberalitate et deliberacione regia ipsis omnes et singulas
libertates prerogatiuas priuilegia indulta donaciones
literas munimenta immunitates et quaslibet inscripciones
sub quibuscunque tenoribus verborum modis atque dictis
Ciuitati predicte per nos ac per Serenissimos Illustris-
simosque predecessores nostros Reges et Principes et
presertim per felicis recordacionis Kazimirum Wlodo-
uitum Wladislaum auum Wladislaum polonie ac vngarie

Regem patruum et kazimirum genitorem nostrum
alios quoque reges et duces Regni polonie iuste tamen
racionabiliter et legittime simul aut successive datas
donatas concessas et emanatas ac data donata con
cessa et emanata quorum et quarum tenores hic haberi
volumus pro insertis In omnibus ipsorum et ipsarum modis
punctis articulis et condicionibus roboranda confirmanda
ratificanda et gratificanda ac roborandas confirmandas
ratificandas et gratificandas duximus et decrevimus ro
boramus quoque confirmamus ratificamus ac gratificamus
et presentis scripti patrocinio firmamus et approbamus decernentes
illas et illa vere perpetue indubie et inviolabilis firmi
tatis robur obtinere in evum Promittentes illa et
illas et quodlibet ipsorum illarum quoque in omnibus predictis
eorum et earum modis posicionibus descripcionibus articulis
punctis et condicionibus firmiter inconcusse et inviola
biliter tenere habere et observare teneri quoque haberi et ob
servari facere temporibus eviterne duraturis tenore presencium
mediante In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est subappensum Actum in Convencione piotrkovien
generali feria quinta ipso die Sancti Valentini Anno domini
millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio presentibus
ibidem Illustrissimo principe Reverendissimis quoque et re
verendis in christo patribus dominis ac magnificis Vene
rabilibus Generosis Strenuis ac Nobilibus Frederico
Electo confirmato Cracovien Andrea Roza archiepiscopo
Theomonien et coadiutore leopolien Petro wladislavien

Wyncentio poznanien Mathia chelmen Episcopis
Nicolao primus premislien petro kamenecen ecclesiarum
postulatis Johanne comite de Tharnow castellano Spitk
kone de Jaroslaw palatino Cracouien Johanne Czursdiua
calisien Nicolao de Kuthno lanciticn ac capitaneo maio
ris polonie generali Johanne de oporow brestien Mathia
de Ilurzew Junniwladislauien Johanne de pylcza russie ge
nerali Dobeslao de Kurozwanky lublinen Andrea de
kozlow zawen Johanne de ostrorogk poznanien Castellanis
Creslao decano et Canonico kathedralis et preposito scti
michaelis in castro Crac cancellario Petro Thezaurario
et capitaneo Crac generali de kurozwanky Gregorio
de ludbrancz Skarbimirien et Scti floriani Ecclesiarum
preposito Vicecancellario Regni nostri Andrea de scha
motuli calisien Sandziwogio de Czarnkow Gneznen
Nicolao de Kurozwanky Siradien Andrea de wroczi
mowicz lancicien Andrea de olesthnycza Sandecensi
Andrea de Thanczin woynyczen Nicolao de ostrow bre
cen Stanislao de Schydlowycz Radomien Ambrosio
de ostrorogk rospergen Dobrogostio de ostrorogk myedzy
rzecen Stanislao Kmytta de wyssnycze premislien Sla
wycz de nyemyglow Castellano et Capitaneo Sochac
zowien Johanne de przytik Sarnowien Petro myslow
szky wielunen Alberto gorszky landen Andrea de zavin
brzesinen Andrea de kuthno gostinen Nicolao gardzina
de ludbrancz Spiczimirien Johanne de prussy Rauensi
Johanne Sokolowszky de wrzancza Santocen Johanne de

Olesko malogosten Mathia Slupsky na-
klen Johanne Lapwenszky przemacen et Judice kalissien
paulo de Gborzana Czechouien Martino de wrozno-
wicze polanacen Johanne Gamowszky konazien castellanis
Johanne de Tharnow vexillifero Cracouien Petro Kmytta
Sandecen et Sczepussy capitaneo Andrea de Wyssnycze
subpincerna Cracouien Sbigneo de Thanczin Cracouien
Caspar kalissien Raphaele de lesczno Curie nre mar-
salko Johanne wazick Siradien Johanne woznyczky
lancicien floriano zichlinszky brzesten Thoma Sadkow-
szky raven Succamerarys Jaroslao de laszko tribuno
Siradien Petro de opalenycza poznanien Martino de
Slotnyky Sandomirien petro de badschicze Siradien
floriano de Bay lancicien Nicolao de Bezawin gostinen
wycerussio wielunen petro firley de dombrowicza lublien
Judicibus Ceteris et prelatis baronibus Curien proceribus
et subditis nris ad premissa testibus sincere devote et fi-
delibus nris dilectis Dat per manus eiusdem Venbil
Creslai de kwroszwanky Regni nostri Cancellary sin-
cere nobis dilecti R Relacio prefati Venbilis Creslai
de kwroszwanky Regni polonie Cancellary

Priuilegium Aduocatie quod libertatem summam
Cracouiensis Ciuitas continet propter excessum
aduocati hereditarii receptum est et in thezauro re
gni seruatus Quod Serenissimus princeps Johannes
Albertus Ex generali conuencione pyothrkouien sub
multorum testium annotatione Sigilli que sui appensione
Ciuitati Cracouien graciose dedit confirmatum quod
quidem In ordine aliorum hic inscriptorum est 141m

IN NOMINE DOMINI AMEN Celebris
ac diuina principum consuetudo hoc instituisse cernitur a
seculo vt quicquid vel coram fit vel ipsius confirmacionis
robore perpetuat id propter sempiternam rei geste memoriam
literarum perhemnis tenoribus commendet. Proinde Nos
Johannes albertus dei gracia Rex polonie Necnon terrarum
Cracouie Sandomirie lancicie Cuiauie Syradie Supremus
dux lithuanie ac Culmen et elbingen etc dominus et heres etc
Significamus tenore presencium quibus expedit Vniuersis et sin
gulis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo
licet Spectabilibus et famosis proconsuli Consulibus V
niuersis que Ciuibus Ciuitatis nostre Cracouien communi de
creto nostro ad omnia priuilegia Jura libertates prerogati
uas ac munimenta A diuis olim Regibus principibus
et ducibus Regni polonie predecessoribus nostris ipsi
Ciuitati que predicte successiue concessa Concessas que appo
situm Generale confirmacionis priuilegiorum confirmacionum per

Concessimus per quod eciam aduocacie Cracouien priuilegium superiori tempore ipsis concessum censetur procul dubio confirmatum esse Verum cum Ciues ipsi coram nobis exposuerunt pro tuenda cuiuslibet Ciuium equitate et Justicia ac conseruando rerum ordine ciuilium a primeua fundacione constitutorum Crebriusculo eo vtantur priuilegio humiliter supplicarunt vt illud ipsis speciali confirmacionis serie confirmare dignaremur Cuius quidem priuilegij sequitur tenor

Priuilegium aduocatie In nomine domini Amen Ne quod a viris prudentibus racionabiliter agitur in tempore simul cum tractu temporis ab hominum memoria dilabatur Sed pocius inconcussum et inuiolabile perseueret necesse est vt subscripcione testium et literarum testimonio perpetuum recipiat munimentum Nos igitur Wladislaus dei gracia dux Cracouie Sandomirie Siradie Cuiauie et Lancicie Notum esse volumus Vniuersis et Singulis presentibus et futuris harum tenorem habituris Quod fide pura matura deliberacione matura prehabita mediante affectu simul et assensu Venerabilis in christo patris Johannis dei gracia Episcopi Cracouiensis et aliorum nostre curie baronum Attendentes constanciam et grata obsequia fidelium nostrorum Cracouiensis Ciuitatis aduocatorum Alberti videlicet et henrici fratris sui que nobis specialius et euidencius pre ceteris impenderunt et in posterum sunt dante deo impensuri fideliter omnia Jura Ciuitatis nostre Cracouie et omnia Jura aduocatie ibidem et omnes libertates ad eam spectantes cum omnibus hereditatibus et vtilitatibus suis pro vt ipsa Ciuitas Jure theutonico

Exposita est et locata In nullo penitus ipsi Civitati nostre
Cracovien aut eius advocatie detrahentes aut minuentes
sed pocius augentes de novo ipsis decrevimus confirmare
que Civitas nostra Cracovia locata est et sita eodem Jure
quo et Wratislavien Civitas est locata ut non tamen
quod ibi sit sed quod ad Meydburgen Civitatis Jus et for
mam fieri debuit adnectatur et quando de hoc Jure dubi
tantibus aliquid occurrerit ad Jus scriptum recurratur

In primis igitur donamus et firmiter observari volumus
fidelibus advocatis nostris Alberto et Henrico fratri suo et eorum
posteris omnia Jura et libertates de omnibus hereditatibus et
utilitatibus ad ipsam advocaciam pertinentibus sicut eandem
advocaciam habuit pater ipsorum Henricus advocatus plu
ribus annis ab Illustrissimis principibus predecessoribus
nostris domino duce Boleslao et domino duce Lestkone
Jure hereditario perpetuo possidenda adicientes eidem nostre
Civitati Cracovien et Civibus nostris ibidem duodecim an
norum libertatem In quibus xii annis Cives iamdicte
Civitatis ab omni censu et solucionibus a nobis sint liberi
et exempti Postquam vero anni predicte libertatis exacti fu
erint Cives predicte Civitatis de qualibet area integra
ibidem unum fertonem argenti usualis in festo beati Martini
nobis et nostris successoribus in Censu singulis annis solvere
tenebuntur De Carnificum autem et pistorum et calciparum
stacionibus fidelibus advocatis nostris iamdictis Alberto
et Henrico fratri suo et eorum posteris donamus Jus et
et proprietatem liberam sibi retinendi vel aliis per ipsorum

Arbitrium perpetualiter conferendi Ita quod possessores
dictarum Stacionum a nobis de omni censu sint perpetuo
absoluti Functa vero Civitatis libertate Expediti advocati
nostri et eorum posteri censum de Sexta curiis predicte Civitatis
accipient et libere perpetualiter obtinebunt Similiter et aliam
curiam extra Civitatem vbi pecora mactantur libere et
Jure hereditario ¶ Concedimus et promittimus inviolabi
liter observare quod supradicti Advocati nostri et eorum
posteri libere et sine omni exactione et theolonio nostro perpetuo
merces suas devehent et transibunt per vniversum nostrum
dominium et ducatum ¶ Alios vero Cives predicte Civitatis
a solucione passagii pedagii et cuiuslibet generis theolonei
tam in Sandez tam in omni principatus nostri dominio sive
aquas et in terra sive ad nos pertineat sive ad quemcumque
palatinum Castellanum Judicem vel ad quamcumque personam
secularem vel religiosam reddimus inviolabiliter absolutos
¶ Ceterum prohibemus ne aliquis Civium intra Civitatem
vel extra Civitatem ad palatinum Castellanum Camerarium Ju
dicis aut aliarum prefecti nostri audienciam evocetur Verum
si per aliquem potentem Nobilem mediocrem vel simplicem
querimonia deposita fuerit de aliquo advocatorum nostrorum
predictorum non nisi per litteram nostro Sigillo consignatam
debet citari Cum autem comparuerit Judicem nostrum ad Civitatem
predictam destinemus qui causas contra ipsum motas qualescumque
fuerint in ipsa Civitate et sub Jure Civili debeat iudicare
¶ Amplius promittimus advocatos nostros predictos et cives
eosdem absolvere ab omnibus oppressionibus domini Archiepi

cracovie

Nostre interposicione persone ¶ Insuper predia iamdicte
Ciuitatis et omnes Incolas et accolas intrantes et exeuntes
ab abstacione equitature que podwoda dicitur reddimus ab-
solutos absoluentes eos nichilominus ab expedicione qualibet
extra muros Ciuitatis prenotate ¶ Insuper eisdem Aduocatis
nostris et eorum posteris damus Sextum denarium de cameris
pannicidarum et de cameris Institorum que Cramy volgariter
nuncupantur et omnem censum qui nobis et successoribus nostris
de eisdem cameris pannicidarum et Institorum perpetue dinoscitur
Supradictis aduocatis nostris et eorum posteris pro ipsorum serui-
ciis nobis fideliter impensis donamus et in hiis scriptis in-
violabiliter confirmamus ¶ Excepto quod de ipso Censu qui
de predictis Cramis cedit duodecim marcas et octo scotos
argenti vsualis ad Scolastriam Gneznen singulis annis sol-
uere tenebuntur ¶ Concedimus eciam aduocatis nostris et
eorum posteris vsum fluuii visle cum vtraque rippa a terminis
Swyerzinicie usque ad terminos claustri mogila quod nullus
pistatorum in predicto fluuio inter predictos terminos sine licen-
cia aduocatorum predictorum piscari debeat aut presumat ¶ Et
iamdicti aduocati nostri vel eorum posteri tria molendina in
ipso fluuio visle construere debeant et ea ab omni solucione
libera et Iure hereditario possidere perpetue Si autem ceteri
in spacio iamdicti fluuii plura molendina edificare voluerit
de voluntate ipsorum aduocatorum aut posterum ipsorum eis li-
ceat et assensu ¶ Volumus eciam et damus Ciuitati nostre
Cracouien vt pro aratura et pascuis et aliis vsibus habeat
Iure hereditario villam que communiter Ribytwy appellatur

Cum omnibus eiusdem ville pertinencijs et cum toto
territorio quod est intra Ciuitatem iamdictam et fluuium
prondnick per grzud a villa supradicta ibidem vsque ad
villam dictam Krowodrza ita quod illa villa Krowodrza
cum omnibus attinencijs includatur ¶ In eodem etiam
fluuio prondnick damus sepedictis aduocatis et eorum
posteris vel quibus ipsi contulerint duo molendina intra
et tercium quod fuit fratrum de mychowia nec non et quartum
quod fuit de andrzeyow monachorum Et si plura in eodem
fluuio molendina edificare voluerint liberam eis conce-
dimus Jure hereditario facultatem ¶ Applicamus eciam
perpetue vsibus eiusdem Ciuitatis siluam totam in superiori
parte ville que Kuatzmyerch appellatur wlgariter
¶ Donamus eciam sepedictis aduocatis nostris et eorum
posteris sextum denarium de omnibus mansis ad ipsam Ci-
uitatem pertinentibus de quibus censum nobis singulis an-
nis soluere sunt astricti et sextam partem de tocius
vtilitatis in ipsa Ciuitate ad nos vel ad Ciuitatem pertinen-
perpetuo recipiendam ¶ Item donamus eisdem aduocatis
et eorum posteris vt in spacio Rudawa ad spacium dimidii
miliaris a ciuitate nullus molendina construere presumat
nisi cum de ipsorum fuerit voluntate aduocatorum Exceptis
illis qui in predicto fluuio molendina habuerunt dum pre-
dicta Ciuitas Jure theutonico locabatur Illi eadem mole-
dina adhuc pacifice possideant et quiete ¶ Insuper sepe-
NOTA dictis aduocatis nostris et eorum posteris et Ciuibus
prefate Ciuitatis conferimus vt si aliquis potens Nobilis

Mediocris aut Simplex Expensam in ipa ciuitate
fecerit aut pannos vel res alias quastuc ad credenciam
acceperit et si ea ad terminu sibi prefixu non soluerit Jure
Ciuili coram aduocato iamdicte Ciuitatis et non alias
tenebitur respondere ¶ Item Si aliquis potens sublimis
nobilis mediocris aut simplex intra septa aut muros ci-
uitatis aliquem vulnerauerit vel occiderit et si deprehensus
fuerit in ipa Ciuitate coram aduocato Ciuitatis et Jure
Ciuili causa huiusmodi erit Judicanda ¶ Si vero aliquis
aliud inter ciuitatem sepedictam et fluuium prondnyk vulne-
rauerit seu occiderit et si detentus fuerit simili modo vt
dictum est coram aduocato Ciuitatis predicte et sub Jure
Ciuili aduersarys sibi opponentibus respondebit ¶ Insuper
sepedictis aduocatis nris Cracouien Ciuitatis et eoru
posteris et Ciuibus ibidem donamus Jus in toto ducatu
nro dominio vt si aliquis potens simplex mediocris
nobilis aliquem de ipis causis Judicialibus occupare seu
angariare voluerit pro quacumque causa In nullo penitus
Jure polonico sed Jure theutonico debeant respondere ¶
Sed et omnes causas quas dicti aduocati et eoru posteri
et Ciues predicte Ciuitatis in toto ducatu nri dominio
aduersus aliquem habuerint Jure theutonico prosequat[2]
Vt aute hec omnia perpetuo inviolabilia permaneant et
vt robur perpetuu obtineant Presentibus nrm Sigillum
duximus appendendu Necnon et Venerabilis in cristo
pris Johannis deigra Cracouien epi Sigillum duximus
appendendu Testes vero huius donacionis et confirmacionis

Sunt viri Nobiles terre nostre barones Comes castell(anus)
Cracovien(sis) Comes Woyczech palatin(us) Sandomirien(sis) Co-
mes Nicolaus palatin(us) Crac(ovien)s(is) Comes Prandotha castellan(us)
Sandomirien(sis) Comes alexander castellan(us) Wislicienfis
Comes Dimyl Judex Sandomirien(sis) Comes Pacoslaus
Judex Cracovien(sis) Comes Petrus castellan(us) de malogostz
Quorum Sigillis in confirmacionem testimonii p(rese)ns carta
fruitur et roboratur Dat(um) Cracovie per man(us) honorabil(is)
viri Clementis Canonici Cracovien(sis) necnon et Curie
n(ost)re Cancellarii Sub anno domini millesimo trecente-
simo Sexto Finis privilegii advocacie Confirmacio
Itaq(ue) nos eorundem Civium nostrorum Supplicacionib(us) incli-
nati de Consilio consiliariorum nostrorum ac de ~~matura~~ certa
sciencia benignitate et favore nostris presens nostrum
advocacie Cracovien(sis) privilegium ip(s)is specialiter confir-
mandum duximus Confirmamus q(ue) p(rese)ntib(us) volentes sta-
tuentes ac decernentes illud in omnibus eius punctis modis
passib(us) condicionib(us) et articulis vt illos et illas ab
olim d(omi)no Wladislao originalis auctore privilegii scri-
ptos scriptas q(ue) terminis vere perpetue inviolabilis
q(ue) firmitatis robur obtinere temporibus eciam duraturis
harum serie mediante In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum p(rese)ntibus est Subappensum Actum in Conventione
pyotrkowien(sis) generali feria Sexta die S(an)cti petri ad
Kathedram Anno domini millesimo quadringentesimo
nonagesimo Tercio Presentibus ibidem Illustrissimo
principe Reverendissimo q(ue) et Reverendis in xpo p(at)rib(us) d(omi)n(i)s

Dominis ac Magnificis Venerabilibus et Generosis
Fredrico electo confirmato Cracouien Andrea Roza
archiepo Leopolien et coadiutore Leopolien Petro
Wladislauien Uriele poznanien Mathia Chelmen epis
Nicolao primus Premislien Petro kamenecen postulatis
Cardinali Johanne Amor de Tharnow Castellano Spitkone
de Jaroslaw palatino Cracouien Johanne Swyrdwa ka
lissien Nicolao de kurtzno lanticien et Capitaneo maioris
polonie generali Johanne de Oporow brzesten Mathia de
Bliczow Junowladislauien Johanne de pylcza Russie
generali Dobeslao de kwroszwanky lublinen Andrea de
kozlow Rauen palatinis Johanne de Ostrorogk poznanien
Castellano Czeslao decano et canonico kathedralis et
preposito Sancti michaelis in Castro Cracouien Cancellario
Petro de kwroszwanky thezaurario et Capitaneo Crac
generali Gregorio de Ludbrancz Skarbimirien ac Sancti
floriani preposito Vicecancellario Regni nostri Andrea de
Schamotuli kalissien Sandziwogio de czarnkow gneznen
Nicolao de kwroszwanky Siradien Andrea de wroczymowo
lanticien Andrea de Oleschnycza Sandecen Andrea de
Thanczin Woynicien Nicolao de Ostrow byecen Stanislao
de Schydlowiecz Radomien Ambrosio pomporowszky Ro
pczycen Dobrogostio de Ostrorogk myedzyrzecen Stanislao
kmytta de Wyschnicze premislien Slawyecz de nyemyglow
Castellano et Capitaneo Sochaczouien Johanne pod
lodowszky de przitik Zarnouien et petro myszkowszky
wyelunen Castellanis Ceterisque prelatis et subditis

Ce

Nostris ad premissa testibus Sincere devote et fidelibus
nostris dilectis ¶ Dat per manus eiusdem Venerabilis
Creslai de Kwroziwanky Regni nostri Cancellarii. Sincere
nobis dilecti ¶ Relacio prefati Venerabilis Creslai de
Kwroziwanky Regni polonie Cancellarii

Privilegiu Johannisalberti Regis polonie super exactiõz vini cuiuscumqz generis a qualibet kuffa per duos florenos a media kuffa per vnu florenu Ciuitati Cracouien perpetuo data Et est in ordine 142 Centesimu quadragesimu Secdm

IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei memoriam Quoniam humana natura obliuionis fuscata caligine nequit actus et ea que agunt sub tempore in memoria retinere Sagax regu et principu decreuit sanctio ea lris et testiu annotacione perhennare Proinde Nos Johannesalbertus deigracia Rex polonie necnon terraru Cracouie Sandomirie Siradie lancicie Cuiauie Supremusdux litphanie Russie prussie qz ac culmen elbincn et pomeranie dñs et heres etc Significamq tenore pñciu quibus expedit Vniuersis presentibus et futuris pñciu noticiam habituris Quomodo attendentes Ciuitatis nre Cracouien Census prouentus qz fere omes qui pro fisto comunu eiusdem Ciuitatis habebant et quibus per predecessores nostros diue memorie reges polonie de gracia munificencia qz eorundem erat prouisa penitus decreuisse sunt eciã impignorati et in magnis summis variis tam spualibus quam etiã Secularibus personis obligati et inscripti vrgentibus tum necessitatibus tocius reipublice Regni nostri aut Regu predecessoru nostroru quibus ipã Ciuitas subuenire facultatibus suis sponte se exhibebat tum etiã quibusdã

Infortunijs attrita que pluries ferre tollerare qz oportuit
inflantium vt Consules eiusdem Ciuitatis in Communi E-
rario ad hunc defectum venerant quod nedum reformare
aut munire muros aut structuras necessarias sed nec ferre
onera Ciuitatis communia et sine quibus nulla Ciuitas
subsistere potest minime potuerunt et possunt Jam qz ruina
et desolacio eius proxima fuit Nos itaqz habito pio re-
spectu ad eiusdem Ciuitatis releuamen et subsidium vt
sicut ipsa aliquando reipublice communi totius regni regibus
qz facultatibus suis erat subsidio sic et nos ruine sue ex-
treme consulamus et opere subueniamus Et in toto fere katho-
lico orbe audimus videmus qz Ciuitatum ductura propinacionum
qz vini et aliorum potagiorum Respublica atqz principes
singularia habent tributa et subsidia Quorum exemplo et
nos sollicitati prefatorum Consulum predicte Ciuitatis Crac
precibus dignum duximus prefate Ciuitati nostre Cracouien
tale prouidendum donandum qz auxilium in eum finem vt tanto
diligencius vberiusqz municionibus atqz structuris emenda
cionibus qz murorum suorum insistere et prodesse possit quod
tenore presencium eis damus et Concedimus Quicumqz ex
Ciuitate nostra prefata Cracouien Ciuis Mercator artifex
et Incola et generaliter quicumqz Jure eiusdem Ciuitatis Crac
potiri gaudere qz vellet vel de facto gauderet vel quomodocumqz
dictam Ciuitatem inhabitaret qui per se vel per alium de
quibuscumqz partibus vicinis seu remotis et vndecumqz Vina
simplicia seu terrestria sicut Hungarica australia Rinensia
Bohemica Valachica aut de morauia vel de quibuscumqz partibus

Vicinis seu remotis eciam Intestinis vel intra limites Regni sitis adduceret et in cellaria seu in cellarium seu in domos aut in domum in Cracoviam immitteret vel in quocunque loco patenti aut clauso eiusdem Civitatis prefatum vinum deponeret extunc a quolibet medio vase seu media kuffa vini unum florenum vngaricalem et a quolibet integro vase seu kuffa duos florenos hungaricales pro fisco eiusdem Civitatis Cracovien quociensque adduci contigerit in preconsulis consulumque eiusdem Civitatis manus dare et solvere tenebitur Et similiter si aliquis forensis seu ex alienis partibus sive regnis vel dominiis mercator aut vector huiusmodi vinum in Cracoviam induxerit et voluerit prefatum vinum cuicunque Civi et Incole Cracoviensi ad propinandum vendere vel per semet in aliquod Cracoviense cellarium illud imponere et immittere animo vendendi aut propinandi extunc ad similem solucionem iuxta vasorum quantitatem superius descriptam tenebitur et erit obligatus Si vero huiusmodi vinum adductum in Cracoviam fuerit malmaticum aut Italicum Rivule et muscutelle vel cuiuscunque nominis vel vocabuli vinum nobilioris tamen vitis vel artificii et preciosioris taxe sicut supra dictum est impositum et immissum in cellarium vel in aliquam domum vel in aliquem locum patentem vel clausum ad vendendum aut ad propinandum depositum pro pecuniis aut quibuscunque mercanciis et rebus extunc a sex barilibus huiusmodi vini preciosioris unum florenum hungaricalem a tribus vero barilibus medium florenum et per consequens a quolibet barili sextam partem floreni hungaricalis tam Civis et Incola quam eciam undecunque veniens mercator

Forensis quivis huiusmodi suprascripto lucro in ipsa ci-
vitate Cracovien gaudere et participare voluerit solvere
tenebitur atque tenebuntur et erunt astricti Quamquidem
donacionem nostram volumus durare omnibus temporibus duraturam
perpetuis ¶ Harum quibus sigillum nostrum presentibus est
subappensum testimonio literarum Actum in piothrkow feria
tercia post dominicam Invocavit Anno domini millesimo qua
dringentesimo nonagesimo tercio ¶ Presentibus Illustrissimo
principe Reverendissimo que ac Reverendis in christo patribus
dominis Frederico electo confirmato Ecclesie Crac germano
nostro charissimo Petro wladislawien Uriele posnanien Ma
thia chelmen Episcopis Nicolao primus premislien et Johanne
kamenecen electis Necnon Magnificis et Generosis
Johanne Amor de Tarnow Castellano Spitkone de Jaroslaw
palatino Cracovien bus Johanne Swidwa de Schamotuli
kalissien Johanne de oporow brzesten Mathia de zlugewo
Iunivladislawien Johanne de pyltza russie Jacobo de buczacz
podolie Dobeslao de kurozwanky lublinen palatinis
Johanne de ostrorogk poznanien Andree de Schamotuli
kalissien Sandiwogio de Czarnkow Gneznen Nicolao
de kurozwanky Siradien Andrea de lubyen brzestensi
Stanislao de Schidlowiecz Radomien Ambrosio pempowsky
rospertzien Dobrogostio de ostrorogk mydzyrzecen Castellanis
Cresslao de kurozwanky Regni polonie Cancellario
Petro de eadem kurozwanky Thezaurario et Capitaneo Crac
Ceteris que baronibus consiliariis et Curien nostris datum per
manus venerabilis Gregorii de lubrancz regni nostri polonie
Vicecancellarii etc

Privilegium Johannis Alberti polonie Regis In
quo quod Cives Cracovien cum regni nobilibus Ita
ut nullam solvant exactionem donec nobilitas per laudum
alicuius generalis Conventionis de singulis kmethonum
laneis solvat per fertonem tunc et ipsi Cives per duos
grossos a qualibet marca Si vero nobiles per sex grossos
[viginti grossi] de laneis contribuerint tunc et cives per duos grossos a
qualibet marca dare sunt astricti Et est in ordine 143

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Sceptrigera Regum sublimitas
qua inferiorum status et condicio dirigitur et gubernatur tunc
maiori splendore glorie sue videtur relucere quo equiore
cultu iusticie in administrandis gubernandis quoque actionibus
subditorum ferventiorem faventiore quoque cura impendere demonstratur
et comprobatur proinde Nos Johannes Albertus dei gracia
Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie
Lucicie Lancicie Supremus dux lithuanie Russie prussie
ac Culmensis pomeranie quoque dominus et heres etc Significamus
tenore presencium quibus expedit Universis presentibus et futuris
harum noticiam habituris Quomodo dudum Spectabiles et famosi
Consules et Incole Ceterique inhabitatores Civitatis nostre
Cracovien a divis predecessoribus nostris ob pristinam maiorum
suorum fidei prestanciam virtutes quoque et [merita] ~~graves~~ diversis graciis
libertatibus et emunitatibus adeo forent munerati et donati
ut ab omnibus dacijs Contribucionibus Exactionibus alijsque

Quibuscumque oneribus et angarijs sunt perpetuo ex-
empti et liberati prout in predecessorum nostrorum paten-
tibus inde confectis latius videtur contineri Nos
vero eorundem Civium nostrorum considerantes spectatam
fidem et prestans meritum quo se nobis multis et magnis
in actionibus nostris quam gratissimos exhibere studuerunt
et exhibent assidue predecessorum nostrorum inherentes vesti-
gijs non modo eos in ea libertate et donacione conservare
eos volumus et conservamus sed ampliori etiam prerogativa
ornandos (dignum) duximus sic ut benigniori nostra gracia suffulti
regiminis nostri tempore uberius possent recipere incrementum
In suis quoque libertatibus et exemptionibus preter equum non
turbentur ¶ De Consilio itaque Consiliariorum nostrorum
tam Spiritualium quam Secularium Concedimus Statuimus et
ordinamus perpetuo presencium per tenorem Ut si ex qua-
cumque causa regni nostri pregnanti et ardua que etiam legibus
imperat aliquando Contribucionem per nos aut successores nostros
imponere aut instituere contingat Postquam Civitatem ipsam
velut Regni precipuum de corpore eiusdem semper esse
fuisse que intelleximus Cives eius nulla racione ad aliquas
exactiones esse solvendas stringere aut super eos quicquam
imponere debemus et pollicemur donec ipsa Contribucio
per universos Regni nostri prelatos et Barones in gene-
rali Conventu unanimi unanimi voto laudaretur et im-
poneretur Ut quocienscumque factum fuerit talis civitas
ipsa se tandem a corpore suo dividere seperari et eripere
minime poterit quin Cives ipsius tamquam inter alias Civitates

Folium 165

Regni precipui ordinacioni generalis Conuencionis et
contribucionis instituctorum se debebunt conformare modo et or
dinacione tali Nam si prelati et barones regni in conuentu
vt pretactum est in fertonum contribucione de singulis laneis
Exactionem opidanorum suorum consenserint eam quoque effectualiter
contribuere ceperint Extunc ipsi Ciues per duos grossos iuxta
eorum consuetudinem ab vnaquaque marca soluere tenebuntur
Sin autem per sex duntaxat grossos de quolibet laneo sol
uendos illi ipsi prelati et barones Regni decreuerint Ciues
eciam nostri iamdicti ad exactorem vnius grossi de singulis marcis
nobis erunt obligati Quamquidem ordinacionem nostram modo
quo supra ipsis Ciuibus nostris graciose datam et concessam vt
perpetuum sit habitura robur Voluimus eam presenti priuilegio
nostro muniri In cuius rei testimonium Sigillum nostrum pre
sentibus est subappensum Actum In Conuencione piotrkouien
generali feria quinta ipso die Sancti Valentini Anno domini
millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio presentibus ibidem
Illustrissimo Principe Reuerendissimis quoque et Reuerendis in
Cristo patribus dominis ac Magnificis Venerabilibus Ge
nerosis Strenuis ac Nobilibus Frederico Electo ac Confir
mato Cracouien Andrea Roza Archiepiscopo Leopolien [thoma gnien] ac co
adiutori leopolien Petro wladislauien Vriele poznanien Ma
thia Chelmen Episcopis Nicolao primus premislien Petro Kame
necen postulatis Ecclesiarum Johanne comite de Tharnow castell
Spitkone de Jaroslaw palatino Cracouiensibus Johanne Swidua
kalissien Nicolao de Kuthno lanicien et Capitaneo maioris
polonie generali Joanne de opporow brzesten Mathia de Zluchow

Juniwladyslavien Joanne de pilcza Russie generali dobeslao de kwroczwanky lublinen Andrea czuen palatinis Johanne de ostrorogk poznanien Castellano Creslao decano et Canonico kathedralis et preposito Sancti michaelis in castro Cracovien cancellario petro de kwroczwanky thezaurario et Capitaneo Cracovien generali Gregorio de ludbrancz Sanctimiriensis et Sancti floriani preposito vicecancellario regni nostri Andrea de Szamotuli kalissien Sandziwogio de czarnkow Gneznen Nicolao de kwroczwanky Siradien Andrea de wroczimyn lanczicien Andrea de oleszniecza Sandecien Andrea de Thanczin woynicen Nicolao de ostrow byecen Stanislao de Schidlowiecz Radomien Ambrosio pampowszky rosperien Dobrogostio de ostrorogk myedzyrzecen Stanislao kmytta de wyszniecze premislien Slawyecz de Nyemyglow Castellano et Capitaneo Sochaczowien Johanne podlodowszky de przink zarnowien et petro myszkowszky wielunien Andrea de zaryn brzeznien Andrea de kuthno gostinen Nicolao gardzina de ludbrancz Alberto gorszky landen Johanne de prusso zawensi Johanne Sokolowszky de wrzancza Santoien Johanne de oleszko malogostien Mathia Slupszky naklen Johanne Sempienszky przemecen et Judici kalissien paulo de Sborzana czechowensi Martino de wronowicze polanicen Johanne Samowszky conarien Castellanis Johanne de Tarnow vexillifero Cracovien petro kmytta Sandecen et Scepusien Capitaneo Et andrea de wyszniecze Subpincerna Cracovien Sbigneo de Thanczin Crac Raphaele de leszno marsalco Curie nostre Casparo kalissien Johanne de warzl kalissien Siradien Johanne woszniczky

Illum
Cancien Floriano Cichlynszky brzesten Thoma Satkowszky
cauien Succamerarijs Jaroszlao de laszko tribuno Siradien
Petro de opalenycza poznanien Martino de Skotczniky
Sandomirien petro de bachczicze Siradien Floriano de Gay
lancicien Nicolao de Czarnyn Gostinen Wieczsslao wyklinen
petro feley de dombrowycza lublinen Judicibus Ceteris quoque
prelatis baronibus Curien proceribus et subditis nostris ad
premissa testibus Sincere deuote et fidelibus nostris dilectis
Datum per manus eiusdem Venerabilis Creslai de kurozwanky
Regni polonie Cancellarij Sincere nobis dilecti ¶ Idem Relacio
Rdi venerabilis Creslai de Curozwanky R. p Cancellarij

Est et aliud priuilegium de data Cracouie feria quinta
In octaua Omnium Sanctorum Anno domini 1492
de eisdem fere verbis Sed quia non ex Generali conuencione
datum fuerat ideo istud quod premissum est ex Conuencione
generali est acceptum Hoc autem est in Signatura 144

Priuilegium Johannis alberti Regis polonie super
Ceruisie Swidnicen propinacionem Ciuitati
Cracouien perpetuo datum Ita eciam vt kazimirien
et Clepardien In preiudicium dicte Ciuitati ipsam cer
uisiam propinare non audeant Prius enim non nisi
muneribus ad aliquot annos indultum ipsius ceruisie
ad aliquod breue tempus obtinere potuit Is graciosus
Ciuitati Cracouien princeps et dominus contulit perpetuo.
In ordine est Centesimum quadragesimum quintum 145

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Nos Johannes albertus dei gracia
Rex polonie nec non terrarum Cracouie Sandomirie Siradie
lancicie kuyauie Mazouie Supremus dux lithwanie russie
prussie etc ac Culmensis Elbingen et pomeranie etc dominus
et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit vni
uersis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quod
permoti supplicacionibus ac meritis famosorum nostrorum Con
sulum Cracouien quibus nobis in nostris et reipublice ne
cessitatibus placere studuerunt et sunt commendati Cupientes
igitur commodo et vtilitati Ciuitatis nostre Cracouien vt mu
nicionibus et reformacioni eidem Ciuitati nostre tanto dili
gentiores se exhibeant de benignitate et gracia regali clemencie
intendere Prefatis Consulibus Cracouiensibus nostris liberam
ductionem et propinacionem Ceruisie Swidnicen dedimus et
donauimus damus etc et donamus presentibus sub nostris per ipsos

Folio 165

Consules Cracouien ductionem et propinacionem Cerusie prefate administran gubernan ac pro vtilitate Ciuitatis prefate prouentus ipsius propinacionis Cerusie tollend et percipien perpetuis et in evum ¶ Pro tanto vobis omnibus et singulis Capitaneis Tenutarijs burgrabijs Terrigenis Ceteris qz subditis et officialibus nostris quibus interest et Signanter Capit et procurator Cracouien pro tempore existentibus mandamus precipientes quatenus eidem nostre donacioni inheren nichil ab eadem ductura et propinacione cerusie in perpetuum exigere audeatis ¶ Volumus insuper et decernimus quod nulla Ciuitas Cracouie contigua videlicet Kazimiria et Clepardia Cerusiam Swidnicensem in preiudicium Cracouien propinare audeat Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum Actum et datum Cracouie feria proxima post Conductum pasce Anno domini Millesimo quingentesimo primo Regni vero nostri anno Nono Presentibus Reuerendo in Cristo patre domino Andrea Roza archiepiscopo Leopolien magnificis qz et Generosis Petro Kmytta de Wyschnycze palatino Cracouien Jacobo Schidlowyeczky thezaurario regni nostri Stanislao de Chodecz Castellano Leopolien Ceterisqz dignitarijs et officialibus nostris Datum per manus Venerabilis Mathie de drzewycza regni polonie vicecancellarij Sincere nobis dilecti Relacio eiusdem

Math de vicecancellarius sst

Privilegium Johannis Alberti Polonie Regis super exactionem pontalis a quolibet curru qui lucri gracia aliquid ducit in et per Civitatem solvat unum grossum exemptis Nobilibus et alys qui ex agris propriis in eorum curribus carpentis aut curriculis aliquid ducunt Civitas tamen ex eo pontalis exactione ad viarum reparacionem obligatur In ordine est 146

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Cum Regalis soly fasti gium ex munificencia virtute decorata plurimum pollere dino scitur que quo clemenciore affectu comodis subditorum clemen cius exhibita fuerit Eo magis tante celsitudini ornamentum est allatura et in subditis ipsis fidei constanciam et bene merendi debitum celebri reminiscencia paritura Pro inde Nos Joannes Albertus Deigracia Rex polonie Necnon terrarum Cracov. Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Mazovie Supremus dux Lithuanie Russie prussie ac Culmen. Elbinen. et po meranie etc. dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit Universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo dum ex dei clemencia ad regni polonie culmen ea nos racione evectos consideremus ut eius cure gerende studium impendamus quibus auctoritate nostra status Reipublice assiduis incrementis sensim convalescere valeat Volentes igitur tempora dominii nostri subditis reddere graciora Considerantes quam nociva et intollerabilis q.

Et magna viarum pernicies Vniverse Reipublice
Regni nostri atque exteris quibuscumque quibus Civitas nostra
Cracovien intus et extra circumquaque obsepta est labem que
commune infortune bonis et fama suscipit Intelligentes que
Civitatem prefatam in dies decrescere Oneri que ipso ad re
staurandas publicas stratas sine speciali gracia nostra non
posse sufficere In quarum reformacione nomine Civitatis ipsius
sed tocius regni et Thezaurorum nostrorum vtilitas dependere
videtur ¶ Eapropter de gracia nostra speciali dictos Con
sules Cracovien et Incolas eiusdem certa donacione nostra
inferius descripta et consolandos duximus quatenus ope gracie
nostre adiuti profectui reipublice diligencius inhereant
ac Civitatis eiusdem decori et municioni in ea re obnixius
consulant Auctoritate nostra regia ac de consensu et sciencia
Consiliariorum nostrorum Spiritualium et Secularium prefatis
Consulibus nostris Cracovien Exactionem pontalium a
curribus duntaxat vulgariter nuncupatam Mostowe ab om
nibus et singulis tam regni nostri Incolis quam forensibus
et Extraneis quibuscumque mercatoribus et vectoribus accipien
tollen et levan perpetuis temporibus dedimus et donavimus
damus que et donamus presentibus sub nostris sub condicione
subsequenti ¶ Primo vt quelibet rerum venalium quocumque
nomine censendarum velut sunt omnia genera mercium sive pon
derabilium sive mensurabilium Comestibilium vel potabilium
aut eciam sine mensura et pondere vendibilium sive extra vrbem
prefatam vendendarum aut eciam aliorsum deducendarum dum
modo tamen per ipsam Civitatem in curribus subuectatis

L

Plaustris Carrucis aut Carpentis ducte fuerint ab
vnoquoque curru taliter sufferrato et mercibus quibuscunque
onerato vnum grossum commune dare quilibet et exhibere
tenebitur ipsi que Ciuitati in loco quem ad exactione prefatam
exigendam Consules Ciuitatis prefate statuerint consignare
Ab alijs vero curribus vectorum non sufferratis tam fru-
menta cuiuscunque grani siue res quascunque venales ad commeatum
et vsum Ciuitatis quottidianum Non de agris siue laboribus
proprijs sed negociandi et mercandi gracia vehentibus per
medium grossum similiter communis pecunie vnusquisque vectorum
dare sit astrictus modo suprascripto Non obstantibus priuilegijs
et libertatibus quibuscunque Ciuitatibus et opidis tam nostris
Regalibus quam quorumcunque subditorum nostrorum Spiritualium
et Secularium per nos et predecessores nostros datis et con-
cessis quibus se ab ipsa exactione pontalium eximere vellent
quibus omnibus pro hac vice derogamus per presentes Volentes
Vt omnes et Singuli Mercatores quicunque quascunque merces
causa lucri ad ipsam siue per ipsam Ciuitatem Cracouiensem
ducentes ad solucionem ipsius dacie pontalium sint astricti

M

et obligati Spiritualibus et Nobilibus armigeris Regni
nostri duntaxat exceptis quos ab hoc tributo liberos esse
volumus Nisi tunc forte aliqui more aliorum mercatorum certas
res causa lucri ducerent et illis suas mercancias exercerent

N

Villani insuper et kmethones qui in suis curribus currisque
ex agris domibus que suis res pro communi et quottidiano victu
ducere soliti sunt Non negociatorum more vendendo et emendo
lucrum querentes sed pro necessitate tantummodo com(m)un(ium) rer(um)

Huiusmodi vendentes eciā ab ipā solucione sint liberi. Omnis etiā de vehiculis intelligi volumꝰ quibuscumque mercibus oneratis sicut et de curribus ita vez ut ad solucionez medietatis duntaxat tributi prefati et non amplius sint astricti. Ne igitur subditos nostros et advenas quoscumque novis et insolitis oneribus gravare et Civitatis ipius Crac duntaxat amplitudini cū preiudicio Reipublice intendere videamur considerantes quanta discrimina ex anfractibus viarū circa ipaz Civitatem Cracovien omnibus illuc citro et ultro euntibus occurrunt et perniciosiora in dies accidere possent Volentes igitur tantis periculis et restauracōni viarū providere Statuimꝰ et decernimꝰ per presentes quod ipā Civitas Cracovien et ipius Consules pro tpe existentes racione ciusmodi Theolonij pontalium omnes vias intra et extra Civitatez quibus vectores ex antiquo ire solent non tamen angulosas et privatas perpetuis temporibus reforment instaurent reedificent et debite emendent ut per eas omnibꝰ securus pateat transitus. In Civitate vero ipā consuetudine antiqua quilibet tam Nobilis quam Spualis in postico seu in anteriori parte domꝰ sue spacium reformare usque ad viam stratam sit astrictus. Stratas vero et publica itinera Consules Cracovien a porta Kazimirien incipien qua intratur de Wieliczka in Kazimirz et per totam Civitatem Kazimirien et vicū Stradomia et deinde per Cracoviā usque ad portas Scti Floriani et Slakowska volgariter nuncupatas et tandem a portis prefatis duabus plateis per totū opidū Cleparz pontibus seu aggeribus vel aliis modis quibus poterint edificent restaurent et ad securū

Transitum debite emendent Similiter eam viam que versus Sanctum Nicolaum ducit eciam instaurare et reformare teneantur et sint astricti ¶ Quasquidem stratas per opida et loca prefata postquam ipsi Cracovien Consules debite instaurauerint tandem deinceps Cives ipsi Cracovien Kazimirien Clepardien et Stradomien quilibet in suo opido restaurare et emendare tenebuntur Consules vero Cracovien intra et extra Cracoviam ac ad occiduum Orientem et Septemtrionem per quartale vnius miliaris a muris Ciuitatis Cracovien Aggeribus Stracionibus Pontibus et modis omnibus quibus melius poterint ad restauracionem reformacionem emendacionem reparacionemque viarum prefatarum publicarum perpetue tenebuntur et erunt astricti ¶ Et Insuper pro reparacione viarum prefatarum vbi opus fuerit per aliquorum agros prata campos aut ortos foveas facere et aquas vbi ipsis videbitur deducere et huiusmodi fossatas reformare ipsis Consulibus sine alicuius contradictione plenariam concedimus facultatem sine tamen preiudicio et dampno ipsius per cuius agrum siue campum ductum et decursum aque facere debeant ¶ Et si quis in Clepardia res venderet aut deponeret seu quocunque colore id faceret in fraudem Exactionis prefate pontalium eundo per vias taliter reformatas ad solucionem eiusdem exactionis prefate quilibet sit astrictus sub amissione talium rerum venalium ¶ Cum itaque ex hac reformacione viarum Vniuerse reipublice Regni nostri non mediocre comodum futurum speramus et dictam Exactionem et hoc respectu neminem fore debere onerosam Ea propter prefatis Consulibus ipsis Cracoviensibus dampnis et comodis omnibus

Facultatem omnes transgressores Instituciouis et donacois
nostre prefate Arestandi et recipiendi Res qz eorum
tollendi ac pro utilitate eiusdem Civitatis convertendi
harum quibus Sigillum nrm est appensum testimonio lrarum
Actum et dat Cracovie feria Secunda proxima post do-
minicam Conductus pasce Anno domini millesimoquingen-
tesimo primo Regni vero nostri anno Nono Presentibus
Reverendo In Cristo patre domino Andrea Roza archiepo
Leopolien Magnificis qz et Generosis Petro Kmytta de
Wyszniycze palatino Cracovien et Regni nostri marsalko
Jacobo de Schidlowicz Thezaurario regni polonie Sta-
nislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Leopoliensi
Nicolao Kamyenyeczky Capitaneo Nicolao Firley vexillifero
Petro de dicta Schidlowicz Succamerario Cracovien
Ceteris qz prelatis officialibq et dignitariis nostris et curien
Dat per manus Venerabilis Mathie de Drzewicza prepositi
Scarbimirien Regni polonie vicecancellarii sincere nobis
dilecti Relacio eiusdem etc

Privilegium Joannis Alberti Polonie Regis super depositorum, pensarum, et propinacionem vini et ceruisie extranee contra Cleparadiensis per publicam sentenciam et edictum judicialiter factum Et est in ordine 147

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Omnium rerum actio simul cum tempore labitur nisi litteris testium que annotacione fuerit commendata Si itaque ad noticiam futurorum provechi deberet necesse est ut litteris et testibus roboretur Proinde Nos Joannes Albertus deigracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Supremus dux Lithwanie Russie Prussie que etc ac Culmen Elbingen et Pomeranie dux et heres Significamus tenore presencium quibus expedit Universis presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo postquam coram nobis et Consiliariis orta fuisset controuersia Inter famosos Cives nostros de Cracovia et de Cleparz Civibus Crac contra eos proponentibus quod ipsi Cives nostri de Cleparz novas pensas alias wagy habere consueverint atque certas merces in dicta Cleparz deponere permitterent in detrimentum thcolonei nostri et preiudicium dicte Civitatis nostre Cracovien nec non vina forenses ceruisias contra antiquam consuetudinem et ipsorum Jura ibidem in Cleparz propinarent Nos tandem exauditis eorum proposicionibus et responsis atque revisis eorum Juribus hinc inde coram nobis per eos productis Ita cum nostris inter eos decrevimus et tenore presencium mediante decernimus

Perpetuo obseruandum ¶ Et prefati Ciues nostri de
Cleparz Amodo non debent habere aliquam pensaz gene
ralem in dicta cleparz ex qua possent habere aliqua tri
buta solum in domibus eorum poterunt habere pensas priuatas
ad pensandum Canapas funes picem et similia eorum artificiy
vel eciam illa que tamen non derogarent depositorio ciuitatis
nostre Cracouien ¶ Necz eciam debent merces ad deponendum
permittere in cleparz in theolonei nostri et depository ciuitatis
prefate Cracouien detrimentum Sed debent semper hospites
cum mercibus ad pensam generalem Cracouien remittere
¶ Necz etiam Vina amodo forenses Ceruisias ibidem in
Cleparz propinabunt solum domesticam ceruisiam et medonem
que in domibus eorum braxauerint Et quidem decretum
nostrum ita vt premissum est per nos et Consiliarios nros inter
vtrasqz Ciuitates latum robur firmitatis perpetue volumus
obtinere presentibus sub nro Quibus in testimonium Sigillum
nostrum est Subappensum Actum Cracouie feria quarta post
festum Scti Bartholomei proxima Anno domini millesimo qua
dringentesimo nonagesimo quarto presentibus Rmo in xpo patre
domino Andrea Roza archiepo Leopolien Magnificis et Gnosis
Petro de Kurozwanky Regni nri thezaurario et Capit Crac
Petro Kmyta de wyszniycze R p marsalco et Capit Scepusien
Petro myszkowszky castellano wieluuien Zawyssio de borzischowicze
Succamerario chelmen Johanne de Tharnow dapifero Crac
Ceteris qz dignitarys Consiliarys testibus qz fidedignis circa
premissa Dat per manus Venbilis Gregory de Ludbrancz
Scarbimiren et S floriani in cleparz prepti R M vicecancellary

Privilegium Alexandri Regis polonie kazimiri Regis quarto geniti qui Johanni Alberto germano suo ex magno ducatu litphanie in polonie regnum successit quo per electores generales piotrkowien potitus omnia Jura et munimenta per suos predecessores Civibus Cracoviensibus data approbat roborat et confirmat Et est in ordine 148

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Maiestatum mundanarum auspicia felicissima semper nominari debeant dum qd sacris suis proferunt oraculis pro Jura et Justicia consolacione g fidelium suorum tenendum id licis eciam perpetuis firmarent et posterorum noticie commendarent tanq~ euo duraturum semp~ terno Proinde nos ALEXANDER deigracia Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie lancicie Cuiavie Supremus dux litphanie Russie Prussie g Culmen et elbmen Pomeranie g dux et heres et Significamus tenore presencium Universis quibus expedit Pntib9 et futuris harum noticiam habituris Quia licet in sacris maiestatis nostre primicys dum vz principes Spuales et Seculares ceteri g Prelati barones et regnicole nostri felici nostre coronacioni Universa privilegia per duos olim ante cessores meos vz lodowicum alias lovysch kazimirum antiquum Wladislaum avum et Wladislaum patruum kazimirum patrem et Johannem Albertum Germanum alio g

Reges predecessores nostros Regno polonie cuius qz Re-
gnicolis concessa promiserunt seruanda Tamen vt ipi insuper
pro eorum in nos fide et beniuolencia perpendant et proinde
graciarum nostrarum effectus et in presenti consecutos et omni
tempore consecuturos proculdubio Quaquidem beniuolencia
sua nos post mortem eiusdem domini olim Iohannis Alberti
ad hoc Inclitum polonie regnum Iure electionis eorum libere
dei qz optimi fauente clemencia vnanimiter elegerunt regna
turum Decreuimus ex speciali virtute et munificencia
nostris per litteras perhennes nostras promissionem illam magis
efficere cerciorem firmiorem qz Vnde eis ac Vniuersorum Incolarum
Ciuitatis nostre Cracouien priuilegia Inscripciones libertates
Concessiones Exempciones prerogatiuas Indulta et alia
munimenta per quoscunqz Reges a sicut quibuslibet petentibus
confirmatorie priuilegiorum ab eisdem olim antecessoribus nostre
habitorum hactenus dare consueuimus sic famosorum proconsul
Consulumqz principes predecessores nostros eis simul aut
diuisim predicte qz Ciuitati Cracouien data et Concessa
datas qz et concessas iusta et legittima iustas qz et legittimas
quorum quarumqz tenores perinde esse et valere volumus tamqz
hic nostris de verbo ad verbum inserta Inserte qz essent in omnibus
earum eorumqz tenoribus passibus Condicionibus Capitulis clau
sulis et articulis duximus ex gracia speciali virtute qz et mu
nificencia regia nostris confirmanda approbanda et roboranda
Confirmandas qz approbandas et roborandas prout confirmamus
approbamus et roboramus Decernentes ea et eas perpetui roboris
vim habituras tenore presencium mediante In cuius rei

Testimoniu sigillum nostrum presentibus est appensu Actu
Cracouie feria Sexta ante festu Sti Tiburcy proxima Anno
Natiuitatis domini Millesimo quingentesimo Secundo Regni
vero nostri anno primo Presentibus Reuerendo In cristo
patre domino Creslao Epo Wladislauien et Regni nostri
Cancellario Magnificis Generosis et Venerabilibus Jacobo
de Schidlowiecz thezaurario Mathia de drzewicza vicecancellario
Regni nostri Johanne de lasko decano wladislauien et
Secretario nostro Johanne de Tanczin Curie nostre marsalko
et Capitaneo Sandomirien Petro de Schidlowiecz Succamerario
Cracouien et Costinen capit et aliis quampluribus consiliariis
et Curien nris fidedignis ad premissa testibus Datum per
manus Reuerendi In xpo patris domini Creslai Episcopi
Wladislauien et Regni nostri Cancellarii sincere nobis
dilecti Relacio eiusdem etc

Est et Regis Alexandri privilegium In quo Confirmat et fatetur se vidisse privilegium Woladislai Regis quod est in ordine 46 In numero foliorum 28 ibi vide Istud vero hic inscribi pretermissum quia idem sonat cum illo. Michaloviis est in signatura 149

Privilegium Alexandri polonie Regis Super censu scottorum In tribus millibus florenorum auri Civitati Cracovien invadiatum Et est In ordine 150

ALEXANDER Dei gratia Rex polonie Magnus dux lithuanie Russie prussie etc dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit Universis et singulis presencium noticiam habituris Quia incumbente nostra et reipublice regni nostri urgentissima necessitate de Consensu et Consilio Consiliariorum nostrorum in Conventione generali hic Cracovie post felicem Coronacionem proxime tenta nobiscum existencium recepimus in mutuum et in effectu cum animi gratitudine qua nobis ut ceteris Regibus antecessoribus nostris inservire assueti sunt levavimus apud famosos proconsulem et Consules et totam communitatem Civitatis nostre Cracovien Tria Milia florenorum hungaricalium boni auri et iusti ponderis de quibus

Eosdem certiores facere volentes ipis eadem Tria milia flor
In auro et pondere descriptis In et super censu seu proventu
nro Regio Grottowe nuncupato qui nobis singulis annis
ex pretorio Cracovien dictum Civitatis Cracovien speciali liber-
tate caret solvitur et redditur Inscripsimus et reformavimus
Inscribimus que et reformamus per presentes Quem prefatum censum
seu proventum ipi et eorum posteri tenebunt possidebunt tollent
et recipient utifruentur que integre et ad plenum quo ad Nos
vel successores nostri ipis vel eorum posteris non solverimus &
summam prefatam Trium milium florenorum in auro descriptam Ut
premissum est Eadem autem integre persoluta possessio prefati
census Grottowe seu proventus ad nos seu successores nostros
pleno Iure redibit et devolvetur Quibus in testimonium
evidens Sigillum nostrum appensum est Datum Cracovie feria
Tercia post Invencionis Sancte Crucis Anno domini millesimo
quingentesimo Secundo Regni vero nostri anno Primo
Relatio Venerabilis mathie de drzewicza Regni polonie vicecancellarii
In Inicio huius litere est propria manus Regie maiestatis

Alexander dei gratia Rex manu propria subscripsit

Privilegium Alexandri polonie Regis In quo per diffinitivam Sententiam Clepardien[sibus] Civibus pensam generalem vini et cervisie extranee propinationem prohibet et idem per olim Johannem albertum Regem diffinitive aprobat et confirmat Et est in ordine 151

Idem folio 166

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Decretis et Sanctionibus Sacris regum oraculis prolatis munimenta perhennia adhiberi consueverunt literarum per que eorum que tenores pleniter memoriter que deferantur ad posteros quitquid vel pro iusticia et equitate subditorum sub tempore contingit ordinari Proinde Nos Alexander Dei gratia Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Magnusdux Lithvanie Russie prussie ac Culmen pomeranie que etc dux et heres etc Significamus tenore presencium quibus expedit presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo dudum inter famosos et providos preconsulem et Consules Civitatis Cracovien ex una et Clepardien partibus ex altera orta esset controversia ad nostre que maiestatis audienciam devoluta esset pro erectione opidi Cleparz in suburbio Civitatis Cracovien siti Nitebantur enim opidani Clepardien libram seu pensam generalem habere et Instituere prout novissime per eos erecta erat et exinde controversia suscitata Iam tamen presentibus vigore decreti eadem pensa deiecta ac deposita Et Insuper Quia ipsum opidum Clepardien pretendebat se prerogativatos esse ad propinacionem vini Ac

Swidnicen et cuiuslibet cervisie et potagy forensis quodquidem
Consulibus Cracovien admittere nolentibus et se pro iusticia
ad privilegia tam Cracovien Civitatis quam opidi Cleparz
referentibus Exinde quod utrisque partibus privilegia producentibus
coram nobis et qualibet parte pro sua intencione tantum dedu-
cente quantum noverat eorum qualibet ad suum propositum pertinere
Nos tandem visis eorum privilegiis et partibus utrisque auditis
presertim vero recensitis privilegiis opido Cleparz a fundacione
ipsius opidi per olim antecessores nostros ad felicem usque recordacionem
nostram concessis Dum in nullis eorum tenoribus tanta describetur
libertas quanta opidani Clepardien contendebant extendere
Cuius vigore cupiebant et pensam erigere commune et vina ac
Swidnicen et alias cervisias potus quod extraneos propinare et re-
liqua facere que obstantibus Civitatis Cracovien privilegiis
minime facere potuissent Nos de Consilio Consiliariorum
nostrorum hiis attentis et non minus habito respectu ad decretum
Serenissimi domini Johannis Alberti regis fratris et predecessoris
nostri decretumque et Sentenciamque ¶ Decrevimus quod diffinimus
et Sentenciamus opidum Cleparz et eius incolas nullum ius
aut munimentum habere ad predictam rem pensam generalem
extendendam seu erigendam ad propinandas quod Swidnicen
alias quod forenses cervisias potus quod extraneos aut vina ge-
neris cuiuscunque Propterea quod eam illius libertatem per nos et
successores nostros prohibendam prout prohibemus perpetuo sta-
tuentes et decernentes presenti decreto nostro perpetuo ¶ Ut
opidani nostri Clepardien nec pensam erigere commune nec
potus ullos alios quam qui non essent eorum domibus per eorum

P

1526

Domesticam industriam cocti braxati aut confecti ceruisie
vina cuiuslibet generis nec in domibus eorum priuatis
ymo etiam neque in communi Ciuili caupona in futurum forsan
per eos constituenda propinare aut vendere poterint Sed
eos tantummodo potus propinabunt ac vendent quos domi vtz
Clepardie braxarent coquerent aut conficerent pensam quem
nullomodo exigere ausuri ¶ Poterint [illegible] priuatas
libras seu pondera parua domestica alias manuales et ma
nualia in domibus eorum habere et eis vti sic vt antiqua eorum
priuilegia concedunt habenda ¶ Et quia constat opidanos
Clepardien ordinacionem atque decretis predecessorum nostrorum
rerum occasione premissarum pro quibus hec oriebatur differencia
sicut in presenciarum sic in aliis nonnullis preteritis temporibus contra
venisse Idcirco vt adimatur futurarum contencionum occasio
de plenitudine potestatis maiestatis regie nostre premissa omnia
per nos decreta sentenciata et diffinita decreuimus perpetuis
temporibus duratura per partes suprascriptas et earum suc
cessores atque incolas Ciuitatis Cracouien et opidi Clepars
presentes et futuros sub penis nostris regalibus iuxta vim et tenorem
tam presencium literarum quam aliorum priuilegiorum vtrimque habi
torum inuiolabiliter obseruanda tenore presencium mediante In
Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum
Actum Cracouie feria quarta proxima post festum sancti marci
ewangeliste Anno domini millesimo quingentesimo Secundo
Regni vero nostri primo presentibus ibidem Reuerendissimo et
Reuerendis in christo patribus dominis Andrea roza archiepiscopo
leopolien et premislien Creslao wladislauien et regni
nostri Cancellario ecclesiarum episcopis Ac Generosis Venerabilibus
et Strenuis Viris Stanislao de Chodecz castellano et capit

Leopolien Jacobo Dieckliczky castellano biecen Jacobo
de Schidlowiecz Thezaurario et mathia de drzewicza pre
posito Warbunnzien Regni quoque nri vicecancellario Johane
de laszko decano wladislauien Secretario petro de Schidlo
wiecz Succamerario Nicolao Brzikowszky gladifero Crac
Georgio krupszky capit chelmen et alys quampluribus
fidedignis consiliarys et curien nris sincere deuote et fi
delibus dilectis Dat per manus prefati Reueren in xpo
patris domini Creslai Epi wladislauien et Regni nri can
cellary sincere nobis dilecti R lo eiusdem Rdi &c

Privilegium Alexandri Polonie Regis
In quo omnes differencias inter Cracovien et
Leopolien occasione non mercandi cum extraneis
mercatoribus ipsis Cracoviensibus in Leopoli iam
sepius motas finali edicto cum Consiliariis suis
Etiam de libertate mercandi Cracovien in Wala
chiam et Tharthariam diu ante per Sentencias
obtenta determinat Leopoliensibus Civibus super
his perpetuum Silencium imponen et est 1502

IN NOMINE DOMINI AMEN
Ad perpetuam rei memoriam Vetustis observatum constat
temporibus vt vniversa decreta auctoritate Regia pri
uilegiata perpetuo duratura apicibus comendentur literarum
quibus ordo rei et geste series consueuit declarari et actus
preteriti posteritati subtrahere in euidentem censentur accomo
dari noticiam Proinde Nos Alexander deigracia Rex Polonie
necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie
Cuiavie Magnusdux Lithvanie Russie Prussie Culmen
Elbingen Pomeranie que etc. dominus et heres Significamus
tenore presencium quibus expedit vniversis presentibus et futuris
harum noticiam habituris Quomodo postquam differencia orta
fuisset inter famosos Preconsules Consules et Cives seu
mercatores Civitatis nostre Cracovien ab vna et Civi
tatis Leopolien ab altera partibus pro libera in ipsa
Civitate Leopolien mercatura rerum et mercium illuc per
per extraneos mercatores adductarum facienda quam ipsi
Consules et Cives Leopolien prefatis Consulibus

Civibus seu mercatoribus Cracouiensibus prohibebant
et admittere nolebant vigore literarum et prerogatiuarum
ipsis per nos ad biennium concessarum istud in effectu
continencium Ut nemini mercatorum advenarum liceret
mercancias res quoque et merces Leopolim adductas apud
mercatores extraneos emere et comparare nisi Cives et In-
cole Leopolien eas primum emissent A quibus tandem
et ex eorum manibus advenientes mercatores merces si voluissent
empturi et acquisituri fuerant prout tunc istud in literis
illis nostris lacius nos descripsisse meminimus ad certum
breue tempus Ciuitati Leopolien nuper datis Quasquidem
literas prefati Consules seu Cives Cracouien impugnantes
allegabant sibi preiudiciales Iuribus quoque eorum contrarias
et presertim ea racione ¶ Quia ex antiquo vigore li-
bertatum et priuilegiorum quorum libere mercari Leopoli
consueuerant quociens ad eandem Leopolien Ciuitatem
mercatum venissent veniebant quibus se coram nobis
certantibus Nos volentes id quod iustum esset inter eas partes
decernere causam differencie huius ad conuentum generalem
Piothrkouien tunc proxime futurum Iam vero preterite percunctandum
iudicandum remiseramus et terminum partibus certum illuc
coram nobis comparendi prefixeramus vbi licet comparuerint
tamen Iura et priuilegia ad probandas earum proposiciones
et allegaciones hinc inde pertinencia tunc deducebant se non
habuisse Piothrkowie propter quod consencientibus vtrisque partibus
iudicium cause eiusdem huc Cracouiam transposueramus et insti-
pseramus vtrique parti terminum ad huc nostrum felicem hic
Cracouia aduentum vna cum priuilegiis si que ad probandam
cuiuslibet Intenciones allegatorum quoque haberent coram nobis

Iudicio que nostro comparendi prefigentes pro ut prefixeramus
Instrupseramusque per litteras utrique parti datas Conuencione
vero Piotrkouiensi predicta peracta cum hic in presenciam ve-
nissemus feliciter Proconsule et Consulibus Cracouiensibus
coram nobis comparentibus et sua priuilegia exhibentibus
petentibusque quod id quod Pyotrkowie eramus decreturi per nos
decerni In contumacia Ciuium leopolien non comparencium
Nos licet decernere potuissemus et id quod debuimus tamen ex
superhabundanti alias citaciones nostras ad Instanciam eorundem
Proconsulis Consulum Ciuium et mercatorum Cracouien contra
predictos proconsulem et Consules et Ciues leopolien pre-
miseramus et terminum peremptorium hic cum priuilegiis si
que haberent coram nobis comparendi prefixeramus In quo
prefati Consules Ciues et mercatores lleopolien per ipsorum
legittimum procuratorem sufficiens mandatum et facultatem
habentem comparuerunt seque in presencia Consulum Cracouien
in prerogatiua litterarum nostrarum ipsis ad mercandum pro tempore
concessa datarum conseruare et iterum leopolim usque pro nostro
in illam Ciuitatem aduentu ut priuilegia produceret differri
pecierunt Ex aduerso proconsule et Consulibus Cracouien
respondentibus Quod dilacio talis velud preiudicialis Iure non
debeat concedi Sed cum leopolienses per procuratorem comparentes
nulla priuilegia producebant Ipsi Proconsul et Consules
Cracouien productis coram nobis et Consiliariis nostris eorum
libus priuilegiis et Iuribus per predecessores nostros diuos Polonie
Reges ipsis Ciuitatique Cracouien graciose concessis quibus
docebant quod ipsis Cracouien Ciuibus a centum annis preteritis
et ultra in predicta lleopolien Ciuitate et aliis Ciuitatibus
et locis fuit et est facultas quociens leopolim venirent cum

Walachis Thurcis et alys advenis mercatoribus vnde-
cumque cum mercibus venientibus mercandi libere In cuius
libertatis ad hoc tempus fuerant semper et sunt et pacifica
prescriptione permiserunt se per nos In eorum libertate antiqua
cuius prescriptionis centum annorum privilegys ipsis probarunt
coram nobis conservari et ad exercendum pro eorum arbitrio
liberam in Civitate Leopolien. mercaturam admitti ¶ Nos
cum Consiliarys nostris tam Spiritualibus quam Secularibus
nobiscum hac vice existentibus auditis partium ipsarum
propositis et responsis visis quoque prefatorum Proconsulis et
Consulum Cracovien. literis privilegys et Juribus coram
nobis super hac ipsa prescriptione originaliter productis
prefatos proconsulem Consules Cives ac mercatores Crac.
In libertate hac cuius ab annis centum prescriptionis probarunt
decrevimus conservandos decernentes sentenciantes quod eos
liberam in eadem Leopolien. Civitate cum advenis merca-
toribus predictis mercandi habuisse et habere facultatem
et perpetuo habendam prout sentenciamus et eandem ipsam li-
bertatem eis adiudicamus et Inscribimus ¶ Prefatis vero Ci-
vibus seu mercatoribus Leopolien. super impedimentis in ea
re prestitis Silencium perpetuum imponimus tenore presentium
mediante in eum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
presentibus est Subappensum Actum Cracovie feria Secunda
proxima post festum Exaltacionis Sancte Crucis Anno domini
millesimo quingentesimo quarto Regni nostri anno Tercio
presentibus ibidem Reverendissimo ac Reverendis in Christo patribus Andrea
Roza archiepiscopo Gneznen. et primate Johanne Cracoviensi
Erasmo Plocen. vicecancellario episcopis ac magnificis venerabilibus
et Generosis Spytkone de Jaroszlaw Castellano Cracovien.

Petro Myszkowszky de myrow Lancicien Nicolao
de kurozwanky Siradien lublinen palatinis Nicolao
de kamenecz Castellano Sandomirien et Capitaneo Crac
Jacobo de Zicklyky castellano woynicen Johanne de laszko
Cancellario Jacobo de Schidlowyecz Thezaurario et mathia
de drzewicza vicecancellario Regni nostri Johanne Jordan
de zaklyczin castellano biecen et Capitaneo Oswantien
Johanne de Tenczin marsalko curie nostre ac Sandomirien
et plotzen capitaneo Stanislao de pieschkowa Skala suc
camerario curie nostre aliis qz quampluribus consiliariis
et curien nris sincere et fidelibus dilectis ad premissa
testibus Dat per manus prefati Venerabilis Johannis
de laszko Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti

Privilegium Alexandri polonie Regis Super fluuium Myerzwyeza quem Ciuitati Crac perpetuo graciose donauit et est in ordine 153

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Maiestas principum quitque pro suorum felicitate ac fidelitate commoditate fidelium vnique concedit perpetuo duratura litterarum apicibus et testium fidedignorum annotacionibus perhennare consueuit Proinde Nos Alexander dei gracia Rex polonie magnusdux lithwanie Necnon terrarum Cracouie Sandomirie Siradie lancicie Cuiauie russie prussie ac Culmen elbingen pomeranie que dux et heres Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quia attendentes diligenciam solita que studia famosorum Proconsulis et Consulum Ciuitatis nostre Cracouiensis quas circa municionem et reformacionem Ciuitatis eiusdem nostre facere nosciuntur presertim vero quia aquas fluuy mierzieza ad defensionem et necessitatem commune Ciuitatis illius adducere nitantur quodquidem vt securius ad effectum deducerent et in proposito eiusdem municione Ciuitatis feruentes et constantissimi efficiantur Hanc ob rem nos eis opem subuencionis et liberalitatis nostre regie cupientes ipsis Proconsuli et Consulibus toti que communitati Ciuitatis Cracouiensis de certa sciencia et gracia nostra ac Consiliariorum nostrorum consensu fluuium predictum

Nieczieczа cũ aquis gurgittibus ex eo defluentibus cũ piscinis in eo existentibus in anteribio Cracouiensi versus ferale per viciũ eiusdem alias Blonie fluentem ad custodiam nr̃am piscium hactenus pertinentem ab ipsa custodia eũ alienaũ dandum et donaũ duximus dãmus qȝ et donam⁹ presentibus in perpetuum decernentes per ipsos preconsulem Consules qȝ Ciuitatis Cracouien fluuium illum Nieczieczа cũ omnibus eius gurgittibus decursibus alias aquis ex eo defluentibus ac cũ piscinis piscaturis qȝ piscium et piscinulis in eodem fluuio constructis et construendis cũ omni qȝ Jure et dominio et proprietate tenendum haben possiden et in vsus Ac vtilitates Ciuitatis illius Cracouien pro ipsis melius et vtilius videbitur expedire absqȝ tamen cuiuslibet preiudicio conuertendum in perpetuum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum pn̄tibus est Subappensum Actum In conuentione generali Lublinen feria quinta proxima ante festum Sancti Petri in Kathedra Anno domini Millesimo quingentesimo Sexto Regni nostri Anno quinto Presentibus Reuerendissimis et Reuerendis in cristo pr̄ibus Andrea Gneznen et primate Bernhardino Leopolien archiepis Johanne Crac Vincencio wladislauien Johanne posnanien Erasmo plotzen Mathia premislien et Regni nostri vicecan^rio et Nicolao electo chelmen ecclesiarum epis Necnõ magnificis Venerabilibus et Generosis Spitkone de Jaroslaw Castellano Cracouien Andrea de Schamotuli poznanien

Joanne felice de Tharnow Cracovien Nicolao de Ka-
minyemecz Sandomirien Nicolao gardzina de Ludbrancz
kalissien Jaroslao de Laszko Lancicien Joanne de tharnow
Russie Prandotha de thrzeziana Rawen Stanislao Kmitta
de Wisznycze belzen Paulo kola de dalyeyow podolie
palatinis Petro Schaffraniecz de pyeskowa Skala
Wislicien Otta de chodecz leopolien mathia Baal
de nowothancze Sanocen Jacobo de Wyelika woinicien
et Johanne Jordan de zaklyczyn biecen castellanis
Stanislao de chodecz marsalko Johanne de Laszko
cancellario et Jacobo de Schidlowiecz thezaurario
Regni nostri Johanne Jarotzky curie nre marsalco
et aliis In privilegio latius expressis

JOANNES III
DEI GRATIA
REX POLONIÆ
MAGNVS DVX LITHVANIÆ

Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;

Significamus præsentibus literis Nostris, quorum interest Vniuersis & Singulis Cum Ciuitas Nostra Cracouiensis Metropolis Regni Magnis à Serenissimis Antecessoribus Nostris Regibus Poloniæ dotata.

Juribus

& Juribus in hoc Summam Prærogatiuarum & Priuile=
giorum suorum reputet Partem, quod sit Caput & pene
Regina Vrbium, in eo tamen etiam minimis Ciuitatibus
Nostris longe inferior & infelix est, quod illud omnibus
fermè Jure Theutonico fundatis Ciuitatibus & oppidis
commune, & quod libertatis Ciuilis, ac cuiuslibet Reipu=
blicæ cardo est liberam Magistratus & Consulum
Electionem non habeat. Inde est quod maiuris pru=
dentium Virorum destinatur Consilijs per idq; ad Sum=
mum vergat disordinem & Emerita Oppidorum Ci=
uium Virtus ambitu nonnullorum legibus detestato
anteuertatur. Quæ res cum adeò anxiè Serenissi=
morum Prædecessorum Nostrorum versaret animos
vt magnis insudauerint curis, tanto malo salubri=
bus prouidere remedijs. Nobis quoq; non minori est sol=
licitudini, quippe cum nihil optabilius in Vita habeamus
quam vt sub fausto imperio Nostro floridas & bene ordi=
natas spectemus Ciuitates prosperis, scilicet in ornamentum
aduersis in præsidium. Proinde multifariè instanter hac
de re cum olim Magnifico Alexandro Lubomirski Pa=
latino Cracouiensi (cuius id muneris de vsu quodam an
de lege erat Vacanti Officio Consulatus Cracouiensis Con=
sulem surrogare & creare) expostulaueramus Eoq; Va=
lidis rationibus & instantijs Nostris flexeramus, vt eam
Palatinali suo Officio seruientem Juris prærogatiuam
creandorum in Ciuitate Cracouiensi dato Vacanti Con=
sulum, pro se & futuris suis Successoribus Palatinis Cra=
couiensis in Manus Nostras deponere, & totaliter abre=
nuntiare &

nuntiare promiserit, per Nos Magistratui eiusdem Ciuitatis Cracouiens in perpetuum conferens et applicans Quod et absq; omni dubio praestitisset nisi inopinata fata ipsius propositum Nostrum praeripuissent. Nos tamen diu deliberata SSmorum Praedecessorum Nostrorum Vota incremento eiusdem Ciuitatis fauentia, Nostra quoq; longe ipsi proficuam Intentionem ad effectum deducere Volentes. Dum Nobis cum Vacanti dignitate Palatinatus Cracouiens insimul et Officio ac praerogatiuas eiusdem Muneris ad dispositionem Regiam fata offerunt, ex plenitudine potestatis Nostrae Regiae et de assensu et Consilio Senatorum Nostrorum lateri Nostro in frequenti Senatus Consilio assidet memoratam Ciuitatem Nostram Cracouiens de Iure et Iurisdictione Palatinorum Cracouiens tam Creandorum tempore Vacantis Consulatus Consulum quam Praesidentium alias Praeconsulum prima post Festum SS. Trium Regum Dominica quotannis constituendorum totaliter eximendum esse duximus prout et eximimus. Idemq; Ius nouorum Consulum loco in Consulatu pro tempore Vacante alium Consulem Vel Consules creandi ac Praeconsules seu Praesidentes quotannis eligendi hactenus a Palatinis Cracouiens obseruatum Nostrae Regiae dispositioni reseruamus ac ideo liberam et absolutam Consulum, prout et in alijs Varijs Regni Ciuitatibus practicatur Electionem et Praeconsulum solito tempore ab antiquo quotannis constitutionem Nobili ac Spectabili Magistratui Consulari Cracouiens nunc et pro tempore existenti in perpetuum de plenitudine Potestatis Nostrae

Regiae

Regiae damus, donamus, conferimus, adscribimus et incorporamus. Ita scilicet, Ut Vacante post Fata alicuius Consulum loco et Officio Consulari Cracovien. Consules eiusdem Civitatis Cracovien. ad Praetorium Cracovien. pro die per Praeconsulem pro tempore existen. praefigenda, per trinas Schaedulas put Moris est convocati existentes. Electionem Novi Consulis Collegae sui futuri faciant et instituant. Eumque per schaedulas suas, seu per suffragia secreta pluralitate Votorum praevalente iuxta Decretum Serenissimi D. N. olim SIGISMUNDI III. Regis Poloniae Varsaviae Feria Sexta ante Festa Solennia Sacri Pentecostes praeAnno Domini Millesimo, Sexcentesimo Vigesimo Sexto eo in passu inter Honestam Communitatem et Nobilem ac Spectabilem Magistratum Cracovien. latum, ex solis tantummodo Scabinis Ordinariis Civitatis Cracovien. per Nobilem ac Spectabilem Magistratum Cracovien. eligi solitis et eligen. necnon Doctoribus Iurisprudentiae Medicinae Syndicis, ac Notariis Civitatis Cracovien. Iuratis in Actu Officii sui nunc et pro tempore existen. eligant Nominent et instituant. Taliterque ab ipso solo Nobili ac Spectabili Magistratu Cracovien. Electus exnunc ad Iuramentum solitum et ad locum Consessus Consulum admittatur Collegioque Consilii incorporetur. Quodsi vero quispiam per Instantias vel Intercessiones id Officium Consulatus (non vero a Nobili ac Spectabili Magistratu Cracovien. pro tempore existente Vocatus existens:) ambire voluerit.

Talem

Talem pro illo tempore quàm et in perpetuum ad capessend. quduis in Ciuitate Nra Cracouien. Officia ipso facto et Iure inhabilem esse declaramus. Præsidens verò alias Præconsulis Cracouien. similiter Nblis ac Spblis Magistratus Cracouien. è medio sui quotannis tempore solito Videlicet Die Dominica post Festum SS. Trium Regum proxima, præuiâ per Schædulas pridie ad id totiusq. Spblis Magistratus Consulis Cracouien. ad Prætorium per Splem Præconsulem conuocatione, Sacriq. Missæ Sacrificij Votiua dicti celebratione, in Prætorium Cracouien. conueniant ibidemq. è medio sui promiscuè Octo, prout Moris est per Schædulas secretas seu secreta Suffragia semotis quibusuis priuatis respectibus eligat, Pariterq. Electi Præsidentes Iuramentum circa eandem Electionem præstari solitum similiter quotannis præstent et Officia sua iuxta antiquã praxim et Consuetudinem exerceant. Quod omnibus et singulis quorum interest ad Notitiam deducentes præcipimus, ut præsens Diploma Regium inuiolabiliter omnes instar legis perpetuæ obseruent, obseruariq. ab alijs curent. Datum Gedani Die XXX Mensis Decembris Anno Domini MDCLXXVII. Regni verò Nostri Anno Quarto.

Joannes Rex

Joannes III Dei gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogit. Kioviæ, Volhin. Podol. Podlach. Livon. Smolens. Sever. Czerniech.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest
Vniuersis & singulis. Exhibitas coram Nobis esse Literas
binas Papyraceas infrascriptas ex Libro Conclusionum No-
bilis & Spectabilis Magistratûs Cracouien. extraditas, Sigilloq;
eiusdem Civitatis communitas, sanas, salvas, illæsas, omniq; su-
spitionis notâ carentes, Supplicatumq; Nobis Vt easdem authorita-
te Nostrâ Regiâ approbare, confirmare, & ratificare dignaremur.
Qvarum qvidem Literarum tenor est qvi seqvitur talis. **Actum**
in Prætorio Cracoviensi Feriâ qvintâ post Festum Circumcisionis
Domini, die qvintâ Ianuarii Anno Dñi MDCLXXIX **Spe-**
ctabiles Domini Excellen. Hyacinthus Łopacki Medicinæ
Doctor, Præconsul, Albertus Sleszkowski, Medicinæ Doctor, Al-
bertus Sztamet, Valentinus Smidt, Ventura Briganti, Christophorus
Kraus, Ioannes Kraker, Georgius Schedel, Ioannes Gaudentius
Zacherla, Andreas Węgrzynowic, Adamus Druzynski Consules
Cracovienses, (post missas Literas Invitatorias ad omnes Sptes
D.D. Consules, Vt pro futuro Deo dante Die Dominico ad Electi-
onem Spltium DD Præsidentum convenire dignentur) die hodiernâ
per schadulas in Prætorium conuocati & legitime congregati exi-
stentes, Consultationem fecerunt quomodo, et quo ordine Electio
Deo dante futura fieri, & expediri debeat. Obviando igitur o-
mnibus difficultatibus, & dubiis, qvæ oboriri circa Electionem
possint Vnanimibus Votis & sententiis suis concluserunt, confor-
mando se Privilegio Scræ Regiæ Mttis Dñi Clementmi, & consti-
tuerunt omnia primo die Sabbatino Electionis Diem Dñicum

præ:

